MORALIS

MS
2543
SORBONNE


Antqua
fortis
Virtute



Ex Libris Petri Lubeck e Mauclevc. Clevici pavisini 1722

A/950782
MS 2543

Ex Libris Petri Huberti Mauclerc




SORBONNE

Paris chez Vallet Graveur du Roy rüe S.t Iacques au Busté de Loüis XIII.

MS 2543













# ETHICA
## SEU MORALIS

Juxta doctrinam

Francisci Kausset

Philosophiæ Professoris

IN HARCVRIO

1722

PORTRAITS en Medailles
Des Philosophes et Orateurs Anciens et Modernes, audessous des-
quels on a la liberté d'écrire en Vers ou en Proses, en toutes Sortes de langues, avec
toutes les figures de Logiques et Physiques. Gravés par Vallet Graveur du Roi, et
se vendent chez lui, rue St. Jâques au Buste de Louis 14 à Paris. 1718.

BOMBU

# Ethica
## Seu Moralis
## Secunda Pars
## Philosophiæ

Hucusque Logicam cujus auxilio in veritate inquirenda regeretur intellectus, exposuimus quanta potuimus perspicuitate et diligentia; nunc ut voluntati salutaribus præceptis inflectendæ præsto simus Ethicam seu Scientiam morum aggredimur, quæ disciplina in tanto præstio fuit apud veteres, ut alias Scientias eâtenus excolendas existimaverint quatenus ad Scientiam morum referrentur, idque non immerito vix enim dici potest quot et quanta per ipsam sint hominibus collata beneficia, si quidem ea est disciplina quæ dispersos homines in unum coegit locum, illosque aferâ, aggestisque vitâ ad humanum civilemque deduxit cultum, ea est quæ Jura, leges et —

judicia, constituendis Ciuitatibus per quam utilia
describere docuit, quamobrem operæ pretium erit
si hanc scientiam quæ circa mores ad honestatis regu-
las conformandas vota occupatur quam accuratissi-
me vndiquaque videamus, sed pauca prius de Ethicæ natura
pro scholarum more sunt præmittenda quare sit

# Quid sit Ethica

## Ethica quid

Ethica a moribus quos Græci nomen
habuit si quidem ἔθος græce significat mores
Ethica seu moralis definitur scientia practica
quæ dirigit actus humanos ad honestatem primo
dicitur scientia quia est virtus mentis seu facilitas
euidenter iudicandi
secundo dicitur practica quia non conquiescit in
obiecti sui contemplatione sed illud operatur
Actus humanus ex dictis in compendio est ille
qui fit ab homine cum aduertentia rationis et de-
liberatione saltem possibili atque debita in quo dis-
tinguitur ab actu hominis qui fit sine aduertentia
rationis saltem debita, vt cum quis inter loquendum
mouet oculos vel pedem vel manum
Honestas seu bonitas moralis est conformitas
cum recta ratione per rectam rationem intelligitur

facultas judicandi de primis et generalibus motuum principiis quæ scilicet respiciunt actiones humanas quale est istud alteri ne feceris, quod tibi fieri non vis: et hoc alterum, unam colere deum:
Verum ut in forma probetur moralem esse scientiam sit

# Conclusio 1.ª

**Ethica** seu moralis est scientia

**Probatur** nam illa disciplina est scientia quæ est facultas evidenter judicandi de entibus ut in se sunt atqui Ethica est ejusmodi ut patet ex illo vaticinio, quod propium est Ethicæ alteri non est faciendum quod tibi factum nolis: atqui de tua fama detractum non vis ergo non debes de fama alterius detrahere pariter judicamus hominem esse capacem meriti et demeriti quia est liber ergo Ethica est scientia

# Solvuntur objectiones

**Objicies 1º.** Illa disciplina non est scientia quæ non inclinat mentem ad verum atqui talis est moralis ad hoc enim satis est quod in moralibus pluvima tradantur præcepta non modo in certa sed etiam noxia: atqui in moralibus passim leguntur

Cujusmodi præcepta: Ergo &c

N. Min. et dico non nulla quidem in quibus dam tractatibus Ethicæ reperiri principia et præcepta quæ non modo sunt incerta sed etiam moribus pernitiosa verum illa præcepta non sunt ipsius Ethicæ sed eorum hominum qui de moribus pernitiose scripserunt

Mr. Tabis alqui reperiuntur in Ethica præcepta incerta immo falsa quæ sunt ipsi Ethicæ

N. Subsumplum nam illa præcepta non sunt incerta et falsa quæ sunt necessaria et immutabilia alqui præcepta Ethicæ sunt cujusmodi nam præcepta Ethicæ sunt ista unum colendum declina a malo et fac bonum, alteri ne feceris quod tibi fieri non vis: alqui hæc omnia præcepta sunt necessaria et immutabilia

Mr. Tabis inter præcepta moralia numerantur ista colendi sunt parentes suum cuique reddendum est; alqui ista præcepta non sunt certa et necessaria nam illa præcepta certa et immutabilia non sunt si enim non sit reddendus gladius furioso nec colendi sunt parentes patriæ proditores et religionis hostes alqui vel ita se habet Ergo &c

N. Mino ad cujus probationem dist majo. si Enim non sit reddendus furioso gladius absolute et quoad debitum Conc maj si non sit reddendus sic et nunc quo ad actum N. Maj. alqui - &c

debuctæ nunquam ad sensum majoris N. Constat
Itaque furioso omnium sic et nunc ensis non
est reddendus: sed licet actualis restitutio ad tem-
pus differatur attamen remanet semper absolu-
tum reddendi debitum et obligatio unde istud
præceptum suum cuique reddendum est remanet
necessarium et immutabile
Quod spectat ad alteram partem parentes quatenus
parentes semper esse colendos licet quatenus patriæ
proditores et veræ religionis hostes odio haberi —
possint
objicies 2°: illa disciplina non est scientia
cujus objectum pendet a consuetudine hominum: atqui
tale est objectum Ethicæ nam objectum Ethicæ sunt
res morales atqui res morales plerumque pendent
a consuetudine hominum et navigia sunt in navibus
loci.
N. min. ad cujus probationem dist maj objectum
Ethicæ sunt res morales quæ continentur lege
naturali vel lege positiva relatæ ad legem natu-
ralem conc maj sunt res mor. quæ continentur
lege positivâ quatenus absolute considerantur et
nullâ habitâ ratione legis naturalis N. Majo. atqui
& distinguo res morales quæ continentur lege
positiva si absolute considerentur et nullâ habitâ

rationes legis naturalis plerumque pendent a consuetudine hominum et sunt variae in variis locis conc min: si spectentur relatione ad legem naturalem N. min Ergo &c. N. sequeam

Itaque res morales duplicis sunt generis aliae lege naturali certa et immutabili continentur nec aliter se habere possunt V G haec praecepta unum colere deum: Declina a malo et fac bonum honora parentes; aliae sunt res morales quae lege positiva libera et mutabili comprehenduntur VG modus specialis colendi deum, honorandi parentes emendi, contrahendi, et alia ejusmodi quae ab hominum instituto et consuetudine pendent

Equidem si res morales quae lege positiva et mutabili continentur si absolute spectentur et nulla habita ratione legis naturalis pendent ex consuetudine hominum et sunt variae in variis locis sed si considerentur relatione ad legem naturalem mutari non possunt quia nunquam debent esse contrariae legi naturali VG specialis modus colendi deum licet absolute et in se mutari possit attamen deus semper debet ita coli ut supremus cultus ipsi deferatur non vero creaturis pariter modus contrahendi, emendi, locandi &c. varius esse potest apud varias nationes; sed quoque

modo fiat, quisque in emendo, contrahendo, locando
ita se gerere debet ut nihil unquam admittat
contra istud præceptum legis naturalis alteri ne
feceris quod tibi fieri non vis

Porro res morales quæ lege positiva præcepti
untur vel prohibentur non sunt objectum Ethicæ
nisi quatenus spectantur relative ad legem natu
ralem

## Conclusio 2ª.

**Ethica** est prudentia

Probatur nam prudentia est habitus vera cum
vatione actuus circa ea quæ sunt homini bona
aut mala moraliter atqui Ethica est quasi modi
primo est habitus quia veritatis acti bus comparatus
secundo est habitus actuus qui a dirigit actus
humanos ad honestatem moralem per certas regu
las et præcepta tertio versatur circa ea quæ sunt
homini bona vel mala moraliter id est circa actus
humanos qui sunt omnes boni aut mali moraliter
Ergo &c.

## Solvuntur objectiones

**Objicies 1º.** Si Ethica foret prudentia ppti
morales quoque sunt eruditi essent prudentiæ procedit

et vocaventur prudentes aliqui sunt multi ppli
morales minime prudentes ergo &c

Dnl maj ppli morales sovent prædict prudentia
generali cone maj. particulari semper N. maj atqui
&c. distincta minore ad sensum majoris N. conclam

Itaque duplex est prudentia puta generalis
et particularis

prudentia generalis est cognitio præcepti
rum et regularum morum in genere unde uni-
versum exponit et declarat quid sit agendum quidve
fugiendum VG viddendum esse uni cui que quod suum
est: nemini faciendam esse injuriam

prudentia particularis quæ factum aliquod
singulare attingit VG quæ sic et nunc impellit
et inclinat ad stipem erogandam huic et illi egenti
ad viddendum huic et tali homini in hac aut illa
circumstantia quod suum est prior dictum prudentia
docens posterior appellatur prudentia utens

Prudentia particularis præter rectum mentis judicium
et cognitionem præceptorum moralium importat
tum voluntatis tum in appetitu sensitivo disposi
tionem unde corrumpitur non tantum ignorantiâ
ut prudentia generalis sed etiam pravis animi affec
tibus et passionum perturbationibus qui habet

prudentiam particularem habet et generalem sed non nisi verâ quæ illa verba ovidii video meliora proboque. deteriora sequor. sic positis patet solutio

instabis posita responsione prudentia posset esse in homine improbo alqui id dici non potest ergo &c

Dist maj prudentia generalis quæ est tantum cognitio præceptorum moralium conc maj prudentia particularis quæ præterea dicit in voluntate et appetitu sensitivo facilitatem applicandi hæc præcepta N. maj atqui &c distincta minore ad sensum majoris N. conseam

instabis prudentia est virtus moralis non reperitur in homine improbo ergo &c

Dist maj prudentia completa id est tum generalis tum particularis est virtus moralis conc maj prudentia incompleta id est generalis tantum N. maj atqui &c concessâ minore et distincto consequente ad sensum majoris N. conseam

Itaque prudentia quatenus virtus moralis non tantum dicet cognitionem præceptorum in intellectu sub quo respectu dicetur virtus intellectualis sed præterea importabit in voluntate et appetitu sensitivo facilitatem ad illa præcepta applicanda quia debet reddere hominem bonum simpliciter

**objicies 2°** multi sunt prudentes sine Ethica ergo non debet dici prudentia

Dist anteens multi sunt prudentes prudentia empyrica et experimentali sine Ethica conc anteen prudentia scientificâ N. anteens ergo &c nego consean

Itaque duplex distingui debet prudentia scilicet empyrica quæ per experientiam cognoscit quid sit agendum et illud reuerâ agit sed præcepta et regulas ignorat. Scientifica quæ non modo cognoscit quid sit agendum quid ne fugiendum sed illud etiam concludit ex principiis certo et evidenter cognitis igitur quemadmodum non nulli sine arte medicâ didicerunt facere quandam medicinam empyricam ita fieri potest ut quis sine cognitione scientifica præceptorum moralium habeat prudentiam quandam experimentalem.

## Conclusio 3ª

**Ethica non est ars**

**Probatur** nam ars est habitus vera cum ratione effectivus seu dirigens effectiones Atqui Ethica non dirigit effectiones sed actiones tam effectio dicitur quæ quæ operatio cujus præstum positum est in industriâ et peritia agentis, qua actio dicitur operatio cujus dignitas posita est in honestate seu rectitudine morali: Atqui Ethica dirigit operationes

quarum dignitas posita est in vechludine morali
non in pericia et industria agendi cum instituta
sit ut actus humanos conformet honestati morali

# Cum sit Ethica

## Conclusio 1.a

**Existit** Ethica.

**Probatur** nam Ethica nihil aliud est quam facilitas evidenter judicandi de actibus humanis et eos ad honestatem dirigendi ~~Ergo~~ errores in moribus detegendi virtutes, a vitiis secernendi ~~una~~ nerbo facilitas agendi secundum Regulas honestatis atqui sensu intimo et quotidiana experientia constat compavari ejusmodi facilitatem Ergo &c

**Quæritur** ubi utrum juvenis sit idoneus Ethicæ auditor

**Aristoteles** existimavit juvenes a scholis Ethicæ esse arcendos quia cum in iis plerumque vigeant et dominentur inordinati animi affectus quibus ab honeste agendo detrahi solent in cassum audituri sint præcepta quorum finis, inquit, non est nuda cognitio sed actio honesta; contra illum sit

# Conclusio 2.a

Juvenis est idoneus Ethicæ auditor

Probatur nam ille est idoneus Ethicæ auditor qui potest capere ejus præcepta et ea ad praxin redigere: aliqui tales est juvenis 1° quidem potest capere præcepta moralia tam enim adolescens potest capere præcepta Ethicæ quam aliarum scientiarum aliqui adolescens potest addiscere alias scientias Ergo &c 2° potest hæc præcepta ad usum et praxim redigere si quidem licet adolescens plerumque inordinatis animi motibus abripiatur — attamen potest modo velit se ad meliorem frugem recipere nam ut Fabel Horatius

{Nemo adeo ferus qui non mitescere possit
si modo culturæ patientem accommodet aurem}

Et certe. Ethica est animi medicina quemadmodum igitur a pharmacis et potionibus medicis non arcemus ægrotos ita nec ab Ethica arcendus est juvenis quo enim negligentiores in eo sunt animi perturbationes eo magis indiget auxilio Ethicæ ad illas compescendas Ergo adolescens admittendus est inter auditores Ethicæ d

Dices homo podagra laborans non est aptus arti saltatoriæ Ergo nec juvenis est idoneus dis

disciplinae morali
N. conseam ex pavitatem ratio disparitatis est
quod ponet hominem pedagogo laborantem non sed
suam exculeve regulidinem ad uero juuenis
potent suos animi motus inordinatos moderari
juxta illud scripturae Geneseos capite 4.° Versu
7.° sub te erit appetitus tuus et tu dominabevis
illius

# Cuv sit Ethica

**Causa** finalis proxima Ethicae est honestas
seu actio virtutis remota est gloria dei
**Causa** exemplaris est lex aeterna ad cujus
normam omnes leges positivae constitui debent
**Causa** efficiens prima est ipse deus qui eam
protoparentibus infudit cum produxit in eorum
intellectus facilitatem veri et in eorum voluntate
facilitatem recti. Causa secunda est qui libet homo
Ethicae studens
**Subjectum** inhaesionis quod Ethicae est ipsa
anima
**Subjectum** inhaesionis quo sunt potentiae
ejus plurimae VG intellectus voluntas &c.
quarum ope exercentur et eliciuntur actus humani
**Objectum** materiale sunt actus humani
**Objectum** formale est honestatis capacitas quia

ctrato Speciali sub qua considerantur actus humani
Objectum totale seu adæquatum sunt actus huma
ni, quatenus sunt honestatis capaces seu dirigibi
les ad honestatem moralem quod ut in forma pro
betur sit

# Conclusio

**Objectum** adæquatum sitis actus humani quatenus ad honestatem moralem dirigendi **probatur** nam illud est objectum adæquatum et totale sitis quod habet conditiones requisitas ad objectum totale et adæquatum: atqui actus humani quatenus ad honestatem dirigendi sunt ejusmodi nam tres requiruntur conditiones ad objectum adæquatum et totale scilicet commensu rato relato et distincto atqui actus humani quate nus ad honestatem moralem dirigendi habent tres illas conditiones 1° commensurato nem quia nec latius nec strictus patent quam ipsa moralis 2° relatio nem quia quæcunque actantur in morali ea referuntur ad actus humanos 3° denique habent distincto nem quia præter moralem nulla est dis ciplina quæ versetur circa actus humanos quatenus sunt ad honestatem dirigendi.

## Solvuntur Objectiones

**Objicies 1.º** Theologia moralis versatur circa actionem humanam, pro ut est ad honestatem dirigenda, Ergo Acta humana non est objectum adæquatum Ethicæ

**Dist antēens** Theologia moralis versatur circa actionem humanam, pro ut est ad honestatem Christianam et supernaturalem dirigenda **C.** antēens humanam et pure naturalem **N.** antēens Ergo & Dist consēens acta humana pro ut est dirigenda ad honestatem Christianam et supernaturalem non est objectum. Ethicæ conc. consēam pro ut est dirigenda ad honestatem humanam et pure naturalem **N.** consēam

**Itaque** Ethica versatur circa actiones humanas pro ut sunt dirigendæ ad honestatem mere naturalem ex principiis solo lumine naturali cognitis; Theologia vero illas actiones spectat in ordine supernaturali, et pro ut sunt dirigendæ ad honestatem Christianam ex principiis lumine supernaturali cognitis, proinde que Theologia et Ethica sub diversa ratione versantur circa actus humanos

**Objicies 2.º** beatitudo est objectum Ethicæ Ergo non sunt actus humani

N. anteens nam Etica ut pote scientia practica debet dare præcepta de suo objecto conficiendo: atqui philosophia moralis nulla tradit præcepta de conficiendâ beatitudine

instabis illud est objectum Ethicæ ad quod omnia quæ tractantur in Ethica referuntur: atqui omnia quæ tractantur in morali referuntur ad beatitudinem

Dist. maj illud est objectum Ethicæ ad quod omnia quæ tractantur in Ethica referuntur tanquam ad finem intrinsecum conc maj tanquam ad finem extrinsecum N. maj: atqui &c. Distincta minore ad sensum majoris N. consequam

Itaque beatitudo est finis extrinsecus Ethicæ quamvis enim Ethica primario de beatitudine non agat ad illam tamen consequendam maxime est utilis enim revera beatitudo se habet respectu Ethicæ, sicut cæteræ scientiæ respectu logicæ. igitur quemadmodum cæteræ scientiæ non sunt objectum logicæ, sed tantum illius finis extrinsecus, ita et beatitudo non est objectum Ethicæ sed duntaxat illius finis extrinsecus

instabis in disciplina practica finis et objectum idem sunt, Ergo si beatitudo finis sit Ethicæ est quoque ejus objectum

Dist antecens in disciplina practica finis interne et objective idem sunt conc antecens finis

externus, et objectum sunt quid unum et idem N. autem
Ergo &c. Dictum consequens si beatitudo sit finis internus
Ethicæ, est quoque ejus objectum conclusum si sit finis
externus dum taxat N. consequens

Itaque finis disciplinæ duplex distingui debet
scilicet internus seu intrinsecus et externus seu ex-
trinsecus

Finis internus alicujus disciplinæ est ille de qua
disciplina primario et per se agit, et ad quem refert
quæcumque tractat, tales sunt actus humani ad homes-
talem dirigendi respectu Ethicæ de illis enim prima
rio et per se agit et ad illos refert quæcumque trac-
tat unde finis internus et objectum sunt quid—
unum et idem

Finis externus est ille de quo disciplina primario
et per se non agit sed ad quem consequendum maxime
inservit, tales sunt omnes disciplinæ respectu logicæ
quamvis enim logica de [illegible] scientiis non agat—
attamen ad eas consequendas est necessaria

Porro in disciplina practica finis internus et objec
tum tunquid unum et idem at vero finis externus
valde distinguitur ab objecto finis enim externus
proprie loquendo non est finis disciplinæ practicæ
sed potius ipsius hominis, qui incumbit in studio—
disciplinæ practicæ

**Objicies 3.°** ars Medica versatur circa
substantiam corporis tanquam circa objectum ad-

adæquatum. Ergo a pari Ethica cum sit Medicina animæ debet versari circa animæ substantiam non vero circa actiones humanas

N. Concedam et paritatem, ratio disparitatis est quod morbi corporis sunt in ejus substantia quæ caduca est et corruptioni obnoxia est at vero morbi animæ ut pote spirituales non sunt in illius substantia sed in ejus affectibus et actionibus quapropter moralis versari debet circa actiones animæ non vero circa ejus substantiam, ubi enim est morbus ibi est adhibenda medicina.

# Quale sit Ethica

Inter præcipuas Ethicæ proprietates numerantur utilitas et necessitas, fatentur omnes Ethicam maxime utilem esse cui bet homini cum illius præcepta plurimum conferant ad vitam honeste et laudabiliter traducendam verum disputant de illius necessitate

Quare sit

# Conclusio 1.a

Ethica simpliciter est necessaria omnibus hominibus collective sumptis

Probatur nam illud est simpliciter necessarium sine quo finis obtineri non potest atqui sine philosophia morali quae existat in quibusdam hominibus, tota hominum collectio non potest vitam honestam et felicem invenire, si quidem saepe occurrunt difficiliores rerum agendarum casus, in quibus nec naturalis nec Empyrica sufficit Ethica, sed necessa est adire et consulere viros qui scientificâ et singulari rerum agendarum prudentiâ sunt instructi Ergo &c.

# Conclusio 2.a

Ethica non est simpliciter necessaria hominibus Distributive sumptis

Probatur nam Ethica se habet in regendis hominibus sicut medicina in illorum corporibus curandis. atqui hoc posito non est simpliciter necessaria hominibus distributive sumptis. ut enim in civitate satis est quosdam existere medicos, qui accersantur et opem ferant iis, qui gravissimo morbo tentantur. sic satis fuerit, si in republicâ extiterint viri prudentes, et in Ethica versatissimi qui in consilium adhibeantur

cum se dabit difficilis agendi occasio

# Quotuplex sit Ethica

Primo Ethica diuiditur in naturalem et artificialem

Ethica naturalis est cognitio quam quisque habet a natura insitam et qua honestum a turpi discernens sibi prescribit quid et quomodo sit agendum

Ethica artificialis est cognitio euidens multorum preceptorum quibus bene uiuendi norma continetur — studio et labore comparata

Secundo Ethica diuiditur in Empyricam seu experimentalem, et Scientificam

Ethica experimentalis est cognitio multorum precceptorum moralium, ex multis experimentis hinc probationes collectorum quales reperiuntur in senibus et in iis qui in rebus agendis sunt versatissimi

Ethica scientifica est cognitio euidens multorum preceptorum moralium, simul cum facilitate ea probandi atque demonstrandi certis et necessariis rationibus

Certio Ethica diuiditur in uniuersalem et particularem

Ethica uniuersalis est ea quae ex principiis et effatis generalibus generales deducit conclusiones

quibus universim præscribitur quid sit agendum quid-
ve fugiendum, unde versatur circa actus humanos
ut sic, communia principia inquirit et tradit præcepta
bene viuendi cuilibet statui communia.

Ethica particularis est ea quæ in singulis casibus
definit quid hic et nunc sit agendum unde spectat actus
humanos in particulari, traditque præcepta cuilibet
statui propria.

Quarto denique Ethica dividitur in monasticam,
oeconomicam et politicam

monastica dirigit hominem in ordine ad pro-
prium suum bonum

oeconomica seu domestica dirigit hominem pro
ut est membrum familiæ in ordine ad bonum ipsius
familiæ

politica est ea quæ dirigit hominem ut membrum
reipublicæ in ordine ad bonum ipsius reipublicæ

Quæritur utrum hæc ultima divisio sit admittenda

Respondeo affirmative quare sit

## Conclusio 1.ª

Admittenda est divisio ethicæ in
monasticam oeconomicam et politicam

Probatur nam totaplex est admittenda philosophia
moralis quotaplex est bonum quod tenemur procurare

quotuplex est officium quo tenemur fungi, quotuplex est denique Status in quo Homo uitam degere potest. atqui primo ~~totuplex~~ triplex est bonum quod tenemur procurare scilicet bonum proprium, bonum familiæ, et bonum reipublicæ. Secundo triplex est officium quo tenemur fungi; nempe erga nosmetipsos, erga familiam et erga rempublicam tertio denique triplex est Status in quo Homo uitam traducere potest vel enim solus uiuit, vel in familiâ, vel in republica Ergo &c.

## Solvuntur Objecta

**Objicies 1°** eadem ars medica curat Homines siue priuatos, siue in familiâ siue in ciuitate degentes. Ergo eadem moralis dirigit homines siue priuatim, siue in familiâ siue in republica degant

**Concesso antecedente.** N. consequentia et paritatem ars enim medica curat homines nulla habitâ ratione illius status in quo uiuunt at uero moralis dirigit homines habitâ ratione status in quo degunt et pro diuersitate illius status atque conditionis diuersa tradit præcepta sunt alia sunt officia hominis priuati, alia patris familias, alia denique principis

**objicies 2°** in legitima diuisione unum membrum diuidens non est pars alterius, nec in ipso continetur atqui Monastica est pars Oeconomicæ et Oeconomica

politicae Ergo &c.

Dist. maj. in legitima diuisione unum membrum diuidens formaliter sumptum non est pars alterius conc maj. unum membrum materialiter sumptum non est pars alterius N. maj. atqui hc distincta minore ad sensum majoris N. conseam

Itaque membrum diuidens potest spectari materialiter et formaliter. materialiter spectatur quando consideratur sub ea ratione sub qua aliis membris non opponitur formaliter vero spectatur quando consideratur quatenus opponitur aliis membris diuidentibus

Equidem in legitima diuisione unum membrum formaliter sumptum non debet esse pars alterius at vero unum membrum materialiter sumptum potest esse pars alterius

Porro esto quod Monastica materialiter spectata sit pars aconomicae, et aconomica politicae attamen si formaliter spectentur una non est pars alterius, habent enim obiecta formaliter diuersa, cum diuersa sint officia hominis priuati, patris familias et principis vem publicam administrantis: igitur optima est diuisio ethicae in Monasticam, Oeconomicam, et politicam quemadmodum optima est diuisio numeri in parem et imparem; quamuis numerus par materialiter sumptus contineatur in numero impari V.g binarius in ternario.

**Instabis** alqui monastica formaliter sumpta continetur in oeconomica, et oeconomica in politica nam ut objectum in objecto sic scientia continetur in scientia atqui objectum monasticae continetur in objecto oeconomicae, et objectum oeconomicae in objecto politicae ergo &c

**N. subsumptum** · ad cujus probationem **Dist** maj ut objectum formaliter sumptum continetur in objecto formaliter sumpto, ita scientia continetur in scientia conc maj. ut objectum materialiter sumptum continetur in objecto materialiter sumpto, ita scientia continetur in scientia N. maj. alqui &c distincta minore ad sensum majoris N. cons eam

**objectum** considerari potest duobus modis materialiter et formaliter. Materialiter spectatur quando consideratur pro ut est commune pluribus disciplinis. formaliter vero spectatur quando consideratur ut proprium alicujus disciplinae

**Equidem** ut objectum formaliter sumptum continetur in objecto formaliter sumpto ita scientia continetur in ~~objecto~~ scientia at vero vel aliter se habet quando objectum duntaxat materialiter sumptum continetur in objecto materialiter sumpto ut patet exemplo physicae et medicinae;

**Porro** objectum monasticae materialiter sumptum, continetur quidem in objecto oeconomicae

nam uiv privatus continetur in familiâ: et objectum
œconomicæ materialiter sumptum quod est familia
continetur in objecto politicæ quod est respublica at
vero objectum monasticæ formaliter sumptum non
continetur in objecto œconomicæ formaliter sumpto
quia privatus ut privatus non pertinet ad familiam,
et familia quatenùs familia non pertinet ad Rem-
publicam

**Objicies 3°** Eadem est scientia quæ agit de
toto et partibus: atqui Homo privatus est pars fami-
liæ, et familia est pars reipublicæ Ergo &c.

**Dist. maj.** Eadem est scientia quæ agit de toto et
partibus quatenùs sunt partes conc maj quatenùs
non sunt partes N. maj atqui &c Dist min° Hom°
privatus quatenùs est membrum familiæ est pars
familiæ, et familia quatenùs est membrum Rei-
publicæ est pars Reipublicæ Conc min° Homo pri-
vatus et privatus et familia ut familia N. min°
Ergo &c N. consequam

**Equidem** si partes considerentur ut partes
eadem est scientia, quæ tractat de toto et partibus;
secus vero, si partes non spectentur ut partes:
porro Homo privatus ut privatus non spectatur
tanquam pars familiæ, et familia ut familia
tanquam pars Reipublicæ Ergo &c.

**Objicies 4°** Monastica et Oeconomica referuntur ad Politicam; Ergo a b ea non differunt Species

**Dist antēens** Monastica et Oeconomica referuntur per accidens ad politicam Conc antēens referuntur per se N. antēens. Ergo &c N. conseam

**Itaque** monastica et Oeconomica referuntur per accidens ad politicam, Sicut Dictum est in logicâ judicia enunciativa referri ad Demonstrationem. quemadmodum enim demonstratio esse non potest sine judicio enunciativo; ita politica, esse non potest sine monasticâ et Oeconomicâ, quia qui se suamque familiam nescit regere is prorsus Reipublicae praeesse nequit.

**instabis** familia non differt Specie a Republica ergo Oeconomica non differt specie a politica

**Dist antēens** familia non differt Specie physicâ a Republica Conc antecedens. Specie morali N. antēens Ergo &c distincto consequente ad sensum antēendis N. conseam

**Itaque** familia et Republica non differunt inter se Specie physicâ quia utraque versatur circa homines ad Constitutem moralem dirigendos at vero Differunt Specie morali, aliud est enim officium patris familias aliud principis; patet familias ergo filios et domesticos tenetur Educationes tum corporeae, tum spiritalis officio; non item princeps aliud pariter

est dominium principis in subditos, aliud patris familias in filios et domesticos Ergo Oeconomica et Politica diversimode hominem respiciunt proindeque differunt inter se

**Objicies 5°** admitti debet specialis scientia quæ agat de officio erga vicinos.

**N. Antecedens** si quidem officium viri boni erga vicinos refertur ad officium hominis publici Erga civeſ in ordine ad bonum publicum, quamvis vir publicus aliter se gerat Erga vicinos, aliter erga civeſ

**Quæritur** ibi quænam harum specierum Ethicæ sit præstantior

## Conclusio 2ª

**Politica** est præstantior cæteris Ethicæ speciebus.

**Probatur:** nam illa disciplina nobilior est quæ habet finem nobiliorem, atqui Politica nobiliorem habet finem quam Monastica et œconomica, finis enim politicæ est procurare bonum publicum, seu felicitatem publicam: finis vero monasticæ et œconomicæ et felicitas familiæ aut cujuspiam personæ privatæ: atqui bonum publicum excellentius est bono privato; hanc ob rem aliquando procuratur etiam cum dispendio boni privati ut fit in bello, et in justitiâ vindicativâ Ergo &c.

omnes philosophiæ morales partes egregiè admodum persecutus est Aristoteles sed quia longius fovet ~~fovet~~ eas singulas tradere, de solâ Ethicâ generali agemus; ita tamen, ut ex iis quæ dicturi sumus quisque, modo animum advertat, possit colligere quæcumque pertinent ad Ethicam particularem. Hunc tractatum in tres partes distribuemus. 1ª erit de principiis Externis actuum humanorum 2ª de principiis internis 3ª denique erit de eorundem actuum proprietatibus et speciebus.

N. S.



S. AVGVSTINVS.

*Fessa quod arrecta nitantur tempora dextera,*
*Difficilis cæpiti res meditanda meo est.*

P. Gallays à S.t François de Sales. 3

SORBONNE

# Prima pars Ethicæ

## De

# Principiis externis

# Actuum Humanorum

**Tria** Sunt principia externa actuum humanorum scilicet finale, dirigens et efficiens.

**Principium** efficiens externum actuum humanorum est causa movens voluntatem ad suos actus actus eliciendos v.g. Deus, angeli, ipsa objecta; philosophi de hoc principio non disputant in moralibus, quia explicant in metaphysicâ modum quo Deus, Angeli, aut ipsi homines etiam, nobiscum operantur, in physicâ vero agunt de impressionibus, et concursu objectorum.

**Principium** dirigens est lex ipsa quâ tanquam duce quisque in suis dirigitur actibus

**Principium** finale est id cujus gratia aliquid fit.

# De Principio Finali Actuum Humanorum

Principium finale actuum humanorum spectatur uel ut mouens appetitum, et dicitur bonum; uel ut terminans, et dicitur finis; uel ut appetitum satians, et uocatur beatitudo; igitur hæc disputatio tres habebit articulos. primus erit de bono, secundus de fine, tertius de beatitudine.

# Quid sit Bonum

Bonum æquiuocatione laborat, quare diuidi debet antequam definiatur

Bonum uel absolute sumitur uel relatiue

Bonum absolute sumptum est illud quod in se integrum et perfectum est; hoc sensu omne ens est bonum.

Bonum relatiue sumptum est illud quod est perfectiuum alterius, et alteri conueniens. Hinc omne bonum absolute sumptum non est bonum relatiuum respectu cuiuslibet; sic aqua bona est

piscibus ut in eâ viuant, non item hominibus. Hinc perfectio oritur a bono relatiuè, non absolutè sumpto id est, a perfectivo non autem a perfecto

**Malum** pariter sumi potest absolute et relatiue

**Malum** absolutè sumptum est ipsum impossibile seu nihil unde propriè loquendo nullum datur — malum absolutum ut diximus in Compendio

**malum** relatiuè sumptum est illud, quod alteri nocet; sic aër nocet piscibus, dum in eâ non seruantur

**Aristoteles** definit bonum relatiue sumptum id quod omnes appetunt, seu id quod mouet appetitum; Hinc quæritur in scholis vtrum voluntas possit amare malum quâ malum, et odisse bonum quâ bonum, quod ut intelligatur

**Obserua** malum sicut et bonum relatiue sumptum, posse sumi duobus modis materialiter et formaliter

**malum** materialiter sumptum est id, quod noxium est alteri; sed non spectatur sub ratione mali; tale est venenum respectu hominis

**malum** formaliter sumptum est illud quod spectatur sub ratione mali, siue sit re verâ malum, nec ne.

**Bonum** materialiter sumptum est id, quod bonum est alteri, ut scientia, sed non spectatur sub ratione boni

Bonum formaliter sumptum est illud, quod spectatur sub ratione Boni, sive sit re-verâ bonum, sive non;

Constat posse quempiam odisse bonum materialiter sumptum, quia potest quis odisse et fugere rem quæ ipsi bona est, propter difficultates adjunctas, v.g scientiam, propter laborem et studium

Itaque quæstio est utrum quis possit odisse bonum quâ bonum, id est spectatum sub ratione Boni; et amare malum qua malum, id est, spectatum sub ratione mali; cui quæstioni ut fiat satis — duplicem sic ponimus conclusionem

## Conclusio I^a

Nemo potest odisse bonum qua bonum.

Probatur: nam nemo potest odisse id, quod non movet ad odium sui: Atqui bonum qua bonum non movet ad odium sui: nam illud non movet ad odium sui, quod per suam præsentiam delectat; et per absentiam sollicitat; atqui bonum quâ bonum est ejusmodi si quidem quando præsens est voluntatem demulcet, et allicit: dum vero est absens ad sui desiderium movet, et excitat. Ergo bonum quâ bonum seu formaliter sumptum non movet ad sui odium, proindeque nemo potest illud odisse.

# Solvuntur Objecta

**Objicies 1°** beatitudo est bonum quâ bonum; atqui potest quis odisse beatitudinem ergo &c

**Dist maj** beatitudo in communi est bonum quâ bonum conc maj in particulari n. majo. atqui &c. distincta pariter minore n. consequam

**Beatitudo** in communi est bonum indeterminatum et ut sic, quod ab omnibus naturaliter expetitur

**Beatitudo** in particulari, est ipse Deus, vel etiam aliquod bonum singulare et determinatum qualia sunt V.G. honores, dignitates, divitiæ, quas quisque pro ut effectus est ambit et insectatur

**Equidem** potest quis odisse beatitudinem in particulari. V.G. honores et divitias, aut alia ejusmodi. at vero nemo potest odio habere beatitudinem in communi et ut sic: nullus est enim qui beatus esse nolit, et; Quamvis peccatum, inquit Sanctus Augustinus, multa damna homini intulerit, non tamen eo usque processit, ut desiderium beatitudinis adimere potuerit

**Objicies 2°** qui liber est circa bonum potest amare et odisse bonum: atqui homo liber est circa bonum Ergo &c.

Dist maj. qui liber est circa bonum libertate contrarietatis, is potest amare et odisse bonum, conc. maj. qui liber est libertate contradictionis dumtaxat, n. maj: atqui &c distinctâ pariter minore nego consequentiam

Itaque duplex est libertas scilicet contrarietatis et contradictionis

Libertas contrarietatis est vis quâ voluntas potest unum agere, vel ejus contrarium amare, vel odisse

Libertas contradictionis est vis qua voluntas potest agere, vel non; amare, vel non;

Equidem qui liber est circa bonum libertate contrarietatis, ille potest amare et odisse bonum quâ bonum, secus vero si sit tantum liber libertate contradictionis.

Porro homo liber est dumtaxat libertate contradictionis circa bonum quâ bonum: nam bonum qua bonum, est bonum ut amabile, seu id, quod exhibetur voluntati sub ratione boni. atqui voluntas non potest id odisse quod est amabile, et quod ipsi exhibetur sub ratione boni: nulla enim facultas potest versari extra suum objectum specificativum V.G visus non potest videre, id quod non est visibile, ergo et a pari voluntas non potest odisse, id quod non est odibile.

instabis homo potest mereri vel demereri

circa bonum, ergo circa illud liber est libertate contrarietatis

N. conceam nam ad merendum et demerendum non requiritur libertas contrarietatis, sed sufficit libertas contradictionis; ut alibi dicetur quando agemus de libertate hominis

Quod spectat ad aliam quæstionis partem, utrum scilicet malum quâ malum possit amari; nullum dubium est quin voluntas humana possit amare malum materialiter sumptum, seu rem, quæ in rei veritate nobis mala est, propter scilicet voluptatem, et adjunctam quandam apparentem utilitatem. sed quæstio est utrum malum formaliter sumptum, seu spectatum sub ratione mali possit amari.

existimant Nominales malum quâ malum seu formaliter sumptum posse amari, contra quos sit.

## Conclusio 2a.

Malum quâ malum non potest amari

Probatur: nam illud tantum potest amari, quod est amabile, sicut illud duntaxat videri potest, quod est visibile: atqui Malum quâ malum non est amabile; siquidem illud est tantum amabile, quod habet vim alliciendi voluntatem

ad sui prosecutionem, si non habetur; vel ad sui conservationem si jam possidetur. atqui malum qua malum non habet vim alliciendi voluntatem. quod enim nullam habet speciem boni, illud non habet vim alliciendi voluntatem; atqui malum quâ malum, seu spectatum sub ratione mali nullam habet speciem boni: Ergo malum quâ malum, non habet vim alliciendi voluntatem

Et certe ne habet voluntas amans ad objectum amoris, sicut intellectus assentiens ne habet ad objectum assensûs: atqui falsum quatenus falsum non potest esse objectum intellectus assentientis — ergo &c

Denique malum qua malum a voluntate amari non potest, si voluntas in omnibus suis actibus semper ducatur specie alicujus boni saltem apparentis, atqui voluntas in omnibus suis actibus etiam in iis, in quibus dicitur, sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas, ducitur specie boni saltem apparentis; quatenus nimirum hac agendi ratione ad independentiam, supremumque in suos actus dominium aspirat. ergo &c

## Solvuntur Objectiones

**Objicies 1°** Qui vult malum finis quem

odit, ille appetit malum quâ malum: atqui plurimi volunt malum suis hostibus Ergo &c.

N. maj qui enim vult malum hosti quem odit, is non amat malum quâ malum, sed proprium suum bonum appetit dum vult destructionem hominis inimici, a quo suam felicitatem impeditur bari putat

objicies 2°. quidam peccant ex puvâ malitiâ: atqui illi amant malum quâ malum Ergo &c

N min. dicuntur enim homines peccare ex puvâ malitiâ, non quod amore mali qua mali ducantur sed quia nullam, aut ignorantiæ aut infirmitati excusationem prætexere scilicet tribus modis homo peccare potest nempe ex ignorantiâ ex infirmitate et ex malitiâ. porro quando quis nec ignorantia laborat, nec abripitur gravi cupiditate, vel tentatione, vel metu, tunc dicitur peccare ex puvâ malitiâ, sed in illis peccatis semper aliquâ voluptate, et consequenter aliquâ specie boni saltem apparentis ducitur Ergo &c

objicies 3°. Testatur Augustinus in libro Augustino de stipatum comitibus poma furto subripuisse, nulla compulsum egestate, sed fastidio justitiæ nec eâ re voluisse fuit, quam furto

appetebat, sed ipso furto et peccato; atqui tunc Sanctus Augustinus amabat malum quâ malum Ergo &c

N. min. nam Sanctus augustinus appetebat furtum sub ratione boni, quatenus volebat sociorum audacissimus habevi; pudebat enim, inquit ipse, non esse impudentem si quidem apud perditos et nebulones summæ gloriæ ducitur, si quis omnium impudentissimus videatur: itaque Augustinus furto delectabatur quia ipsum apud socios commendabat

Objicies 4° annihilatio nullam habet rationem boni, atqui dæmones et damnati annihilationem appetunt Ergo &c

Dist maj annihilatio absolutè sumpta nullam habet rationem boni conc maj relativè sumpta et quatenus est finis miseriarum Nego maj. atqui &c distincta minore ad sensum maj. N. conseam

Itaque Dæmones et damnati appetunt annihilationem quatenus per ipsam liberaventur omnibus iis miseriis et supplicijs quibus torquentur et sub eo respectu ipsis videtur bona.

objicies 5° ille amat malum quâ malum quid appetit, id quod est oppositum bono: atqui homo sæpe appetit quod est oppositum bono Ergo &c

Dist maj ille amat malum quâ malum qui appetit id quod est oppositum bono formaliter sumpto, id est spectato ut bono Conc maj. materialiter sumpto id est ei quod revera bonum est, sed non spectatum sub ratione boni N. maj. atqui &c distinctâ minore ad sensum majoris N. consequam

Itaque homo suis cupiditatibus avoptus sæpe expetit id quod revera malum est et opponitur honestati, verum illud non prosequitur sub ratione mali sed sub ratione boni quatenus scilicet prava et corrupta illius voluntas objecto inhonesto delectatur

objicies 6° illud potest amari quod judicatur amabile: atqui malum qua malum judicatur amabile, nempe a Nominalibus Ergo &c

Dist. maj. illud potest amari quod judicatur amabile Judicio Practicæ practico Conc maj. Judicio minime practico et speculativo N. maj atqui &c Distingo minor malum qua malum judicatur amabile a nominalibus judicio minime practico et speculativo Conc min. Judicio practicæ practico N. min. Ergo &c N. Consequam

Itaque duplex judicium distinguj debet scilicet aliud practicè practicum, aliud speculativum et minime practicum

Judicium practicè practicum est illud quod fertur dum instat agendi occasio et quo applicamur ad prosecutionem objecti

Judicium speculativum et minime practicum est illud quod fertur cum non instat agendi occasio et quo non applicamur ad prosecutionem objecti

Equidem illud potest amavi quod judicatur amabile judicio practicè practico, quo applicamur ad prosequendum objectum. at verò illud amavi non potest, quod speculativè tantum judicatur amabile

Porro esto quod intellectus nominalium non attentâ rationè mali et repugnantiæ quæ intercedit inter naturam mali qua mali, et amovil possit judicare speculativè saltem propositionem Malum qua malum est amabile esse nevam: sicut fortasse non considerata ratione totius et partis posset judicare totum non esse sua parte majus. at verò intellectus potest sic et nunc, seu practicè judicare

aliquid malum qua malum, id est, nullâ circumvestitum specie, saltem ementitâ, boni, posse amari; ita ut voluntas illud amet et prosequatur

**objicies 1.°** si voluntas neque posset amare malum quâ malum, nec odisse bonum quâ bonum jam nulla nobis relinquitur optio; ut idem objectum amemus, et aversemur: nam si objectum repræsentatur ut malum, odio, si repræsentatur ut bonum, amore illud necessario prosequimur? atqui quodlibet objectum in particulari semper nobis repræsentatur, vel ut bonum vel ut malum ergo &c.

**R. anteens** ad cujus probationem Distin. maj si objectum repræsentatur ut bonum aut malum ~~in~~diuisim, illud necessario amamus vel aversamur Conc maj. si repræsentatur ut bonum vel malum conjunctim, illud necessario amamus vel aversamur N. majo. atqui &c Distincta minore assentium majoris N. conseam

**Itaque.** si objectum aliquod nobis exibebitur ita bonum, ut sub nullâ ratione appareat malum; aut ita malum repræsentabitur ut sub nullâ ratione videatur bonum

illud necessario amavemus vel auersaremur. at vero cum nullum sit objectum, si beatitudinem exceperis in communi; quod in hac vita nobis repræsentetur; ita ex omni parte bonum, ut aliquid mali saltem specie tenus ipsi admixtum non appareat, voluntas nullum objectum necessario amat, vel odit in particulari.

**Objicies. 8°** illud potest amari quod præcepto diuino prohibetur amari: atqui præcepto diuino prohibetur ne malum quâ malum ametur ergo &c

**N. min** Equidem præcepto diuino prohibetur ne ametur inhonestum et turpe, sed turpe et inhonestum videtur gratum et jucundum homini prauis et corruptis moribus. Ergo præceptum diuinum non velat malum quâ malum amari quia illud repugnat.

**Probatur** minor negata. interdictum peccatum alqui amare malum quâ malum est peccatum ergo &c.

**N. mino.** quæ est de falso supponente supponit enim posse amari malum quâ malum; porro ostendimus id repugnare, nam illud tantum

tantum a navi potest quod Gabel rationem formalem, et motivum amovis. atqui malum quâ malum, id est repraesentatum ut malum, nullam Gabel rationem et motivum amovis, cum sub eo respectu difficiliceat voluntati

**Objicies. 9.°** Qui eligit minus Bonum relicto majori, ille amat malum quâ malum atqui Gomo sepe eligit minus Bonum relicto majori Ergo &c.

**Dist majo.** qui eligit minus Bonum formaliter sumptum relicto majori etiam formaliter sumpto, ille amat malum quâ malum concedo majorem qui eligit minus Bonum materialiter sumptum relicto majori etiam materialiter sumpto, ille amat malum qua malum N. maj. atqui .. &c. Distincta pariter minore nego consequentiam

**Equidem** qui eligit minus Bonum formaliter sumptum, relicto majori etiam formaliter sumpto, id est, quatenus est magis conveniens, et magis jucundum; ille amat malum quâ malum: at vero qui eligit minus Bonum mate-

materialiter sumptum quia magis est conveniens, et relinquit majus bonum materialiter sumptum quia minus est conveniens et jucundum, ille non amat malum qua malum:

Porro sic se gerit homo, aliquando rejicit id quod majus est bonum in se, magisque perfectivum hominis, quia sibi minus est gratum et acceptum: et prosequitur id quod minus est bonum in se v.g homo saepe relinquit Deum, ut se totum tradat terrenis voluptatibus; sed id fit quia terrenis magis, quam coelestibus bonis delectatur et proinde semper aliquâ specie majoris boni saltem apparentis homo in suis actibus ducitur

Objicies 10.° tam malum potest esse objectum voluntatis quam bonum. Ergo tam potest amari quam ipsum bonum

Distanteens tam malum potest esse objectum voluntatis aversantis, quam bonum est objectum voluntatis prosequentis et amantis concanteens tam potest esse objectum voluntatis prosequentis et amantis N. canteens Ergo &c

N. conseans

Itaque duplex est actus voluntatis scilicet prosecutio seu amor, et fuga seu odium.
malum est objectum voluntatis fugientis et odio habentis: bonum vero est objectum voluntatis prosequentis, et amantis

**objicies II.°** ex scripturâ sacrâ Genesis octavo: Proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentiâ suâ Ergo &c

**Dist antēcens** proni sunt in malum materialiter sumptum Conc antēcens in malum formaliter sumptum N. antēcens Ergo N. consequens

**objicies III.°** odium Dei pro ut est odium, est malum quâ malum: atqui potest quis amare odium Dei pro ut est odium Ergo &c.

**N. maj** Equidem odium Dei est malum materialiter sumptum, quia non perficit hominem, immo ipsi plurimum nocet: at vero non est malum quâ malum, id est formaliter sumptum, quia non consideratur ab eo qui odit Deum ut malum: unde fortuo in illud odium subaliquas ratione boni V.g. Dæmones, qui Deum spectant tantum ut severissimum suorum criminum ultorem, et vindicem, Deum odio habent, quia suum bonum amant.

# An sit Bonum

Datur bonum absolutum et relativum atque hoc ultimum in ordine physico et morali: Datur enim aliquid in se perfectum; datur quoque aliquid perfectivum alterius, tum in ordine physico V.G. scientia, tum in ordine morali V.G. virtus. non existit malum tum physicum tum morale formaliter sumptum, nisi eo sensu quo existunt absentiae quae sunt vel privationes, vel negationes.

Hinc patet non modo erroneam sed absurdam fuisse omnino Manichaeorum opinionem qui volebant existere summum quoddam **malum**, quod foret substantia, et causa effectrix omnium malorum, scilicet si in animum inducerent isti haeretici admittendam esse veram et positivam causam effectricem eorum omnium criminum quae fiunt in terris conspiciuntur at vero cum malitia non sit ens, sed absentia et privatio entis, non requiritur causa positiva et effectrix ad illius productionem ut alibi probabitur

Summum malum physicum est carentia existentiae. Summum malum morale est exclusio a fine ultimo, qui est vita aeterna, quam Deus

præparauit diligentibus se.

# Cur est Bonum

Nulla est causa propriè dicta boni generatim sumpti alioquin daretur causa boni increati

causa finalis boni creati est ipse Deus

causa formalis boni physici est conformitas cum principiis internis

causa formalis boni moralis est conformitas cum rectâ ratione

causa efficiens prima est Deus sine quo nihil fit

causa efficiens secunda sunt creaturæ

causa finalis mali moralis est manifestatio diuinæ iustitiæ aliorumque dei attributorum: Deus enim inquit Augustinus permittit mala ut ex illis eliciat bona

causa efficiens mali propriè nulla est nam ejus, quod nihil est, nulla debet quæri causa efficiens: algi malum nihil est, cum sit mera priuatio

causa efficiens mali moralis impropriè dicta est uoluntas creata quatenus deficit huic augustinus disputans olim aduersus Manichæos, noli, inquit, quærere causam efficientem mali, non est efficiens, sed deficiens quare cum deus nullo modo deficere possit non est causa mali nisi permittens

causa materialis mali est ipsum subjectum

60
in quo reperitur malitia seu difformitas.
causa formalis est difformitas ipsa.

# Quotuplex sit Bonum

**Prima** boni duplex est in bonum verum: et bonum apparens

**Bonum** verum est illud quod tale est in se quale creditur v.g. virtus

**Bonum** apparens est illud quod tale non est in se quale existimatur v.g. illicita voluptas

**Secundo** bonum verum dividitur in bonum per essentiam et in bonum per participationem

**Bonum** per essentiam est illud quod suam bonitatem nulli acceptam refert, talis est solus Deus. Hoc sensu a Christo dictum est: Nemo bonus nisi solus Deus.

**Bonum** per participationem est illud quod suam bonitatem ab alio acceptam habet tales sunt omnes creaturae

**Tertio** bonum dividitur in bonum animi corporis et fortunae

**Bonum** animi est illud quod mentem perficit talis est scientia et virtus

**Bonum** corporis est illud quod perficit corpus

talis est sanitas, pulcritudo, robur &c

**Bonum** fortunæ sunt ea bona quæ vulgo dicuntur pendere a fortuna; quales sunt honores, divitiæ — generis nobilitas

**Quarto** Bonum dividitur in honestum, utile, et jucundum

**Bonum** honestum est illud quod conforme est regulis morum V G justitia. observantia in parentes

**Bonum** utile est illud quod inservit ad aliquid obtinendum; talis est pecunia ad consequendas dignitates; poto amara ad recuperandam sanitatem

**Bonum** jucundum est illud quod aliquam voluptatem affert, talis est cibus respectu hominis qui fame premitur

**Quæritur** utrum illa bona nempe honestum — utile et jucundum possint a se invicem separari

**Respondeo** 1° Idem bonum potest esse simul honestum utile et jucundum, sic actio virtutis honesta est quia conformis est regulis morum; utilis est quia inservit ad beatitudinem consequendam denique jucunda est homini probo quapropter sanctus Thomas de hac divisione agens illa inquit { divisio non est per res oppositas sed per oppositas rationes }

2° jucundum potest esse sine honesto sic actio impia potest esse jucunda et vice versâ —

honestum potest esse sine jucundo voluntavia VG
carnis macerativo est honesta nec tamen jucunda
3° jucundum potest esse sine utili, v G actio turpis
est jucunda nec tamen utilis est et vicissim utile
reperitur sine jucundo sic potio amara utilis est
ad sanitatem nec jucunda
4° honestum absolute potest esse sine utili V.G.
in beatis possessio dei est maxime honesta; attamen
accurate loquendo utilis dici non debet cum ipsa
sit finis ultimus
Itaque in eo tota remanet difficultas utrum utile
possit esse sine honesto, id est utrum aliquid possit
esse revera utile nec tamen honestum quod ut
divinatur sit

## Conclusio 1.a

**Vtile** separari non potest ab honesto

**Probatur**, nam utile separari non potest ab
honesto si separatum ab honesto non amplius possit
dici utile: atqui quando utile separatur ab honesto
non amplius utile dici potest. quod enim plus
detrimenti affert quam utilitatis illud utile non
amplius dici debet. atqui utile separatum ab ho
nesto seu actus inhonestus plus detrimenti affert
quam utilitatis: nam detrimentum vitae aeternae

famæ, conscientiæ perturbatio et cruciatus majus est malum quam commoditatis cujus libet amissio v.g. lucri temporalis aut momentaneæ cujusdam voluptatis: atqui actus inhonestus affert detrimentum vitæ æternæ, famæ, conscientiæ perturbationem, cruciatum procurat vero emolumentum alicujus lucri vel voluptatis temporalis ergo actus inhonestus plus detrimenti affert quam emolumenti proindeque utilis esse nequit et consequenter utile ab honesto separari non potest.

quapropter nulla inquit Cicero detestior pestis hominum vitam invadere potuit quam opinio eorum qui honestum ab utili detraxere. Hinc enim orta sunt furta, latrocinia, falsa testamenta et alia id genus crimina;

## Solvuntur Objecta

**Objicies** actus inhonestus potest esse jucundus simpliciter ergo et utilis simpliciter

**R.** concedam et patritatem ratio disparitatis est quod actus inhonestus potest dare majorem voluptatem quam dolorem præsentem licet majorem dolorem postea afferat. at vero actus inhonestus majus detrimentum semper affert quam præsens emolumentum proindeque nunquam est utilis simpliciter

Instabis quod confert ad manifestationem justitiæ Divinæ illud est utile simpliciter: atqui actus ingonestus confert ad manifestationem justitiæ divinæ ergo &c

Dist maj. illud est utile respectu dei et proximi conc maj respectu illius hominis qui actum ingonestum exercet n. maj atqui &c conf. min nove et distincto consequente ad sensum maj. n. consequam

Instabis adeo potens est Deus ut de malo sciat elicere bonum sicque actus ingonestus utilis est respectu justitiæ divinæ quam manifestat atque etiam respectu proximi qui exemplo alterius monitus discere potest justitiam dei et sese ad meliorem frugem recipere at vero actus ingonestus utilis esse non potest simpliciter respectu ejus qui hunc actum exercet

Instabis actus ingonestus aliquando est maxime utilis juxta illud. utile est superbis cadere ut humiliores resurgant: atqui hæc utilitas major est quam detrimentum præsens

Dist antecens actus ingonestus aliquando est maxime utilis per accidens et præter suam naturam conc antecens. per se et ex natura sua n. antecens

Instabis superbis utile est cadere ut humiliores resurgant et eo sensu actus ingonestus




Ciceron Romain, Orateur Celebre fut Preteur et Consul si Zele' que l'on disoit commnement

# MARC TVLLE CICERON

et Sauueur pere du pais, et 2e. fondateur de Rome. Marc Anthoine lui fit couper la teste et les mains pour auoir ecrit contre luy.

Paris Chez Vallet

SORBONNE

seu peccatum vhle dicitur sed illud fit per accidens et praeter naturam ipsius peccati nam in omnibus id vhlitatis non habet in omnibus vero praesens habet detrimentum virtutis privationis et gratiae proindeque actus inhonestus ex se semper magis est noxius quam vtilis HAC vevitas vta per se licet ut eam agnouerint vel ipsi pagani hinc Tullius in officiis declarat non esse vtile eripere tabulam naufrago ad vitae suae conservationem, quia non est honestum eripere cui quam quod suum est non esse etiam vtile mercatori rei vendendae vitium occultare ad lucrum faciendum quia turpe est alium decipere praesertim lucri causa nam ut paulo ante dixit Cicero; si alter spoliet aut violet alterum necesse est diripiat eam quae maxime; est secundum naturam humanam generi socie; tatem ut si unumquodque membrum sentiat; hinc habeat et ut possit putare se valere; si proximi membri valetudinem ad se traxisset; debilitavi et intevire totum corpus necesse sit; ex quo recte concludimus inquit Cicero esse; falsam vhlitatem quae tanto detrimento com; paratur quanta est mentis sibi bene conscia; et tranquillae factura;

HANC veritatem in animo suo manu omni

potentes Dei insculptam legeret Cicero sed Sanc eandem in sacris scripturis legere potuisset; hic enim habet sapiens in proverbiis Noli laborare ut ditevis, sed prudentiæ tuæ pone modum melius est parum cum justitia quam multi fructus cum iniquitate paviter evistus in Evangelio Quid prodest homini si universum mundum lucretur animæ vero suæ detrimentum patiatur igitur non vera sed fucata est utilitas quæ non est cum honestate conjuncta

Quæritur utrum Bona fortunæ et corporis sunt vera bona?

## Conclusio 2ª

Bona corporis et fortunæ in ordine morali spectata proprie loquendo nec bona sunt nec mala

Probatur nam illud illud in ordine morali non est proprie loquendo bonum quod est indifferens ad esse bonum actu et malum actu in eodem ordine atqui bona corporis et fortunæ V.G sanitas pulchritudo divitiæ honores &c. sunt quid indifferens ad esse bonum actu et malum actu in ordine morali. quod enim bonum cadit in homine probo et malum in improbo illud est indifferens ad esse bonum actu et malum actu in Ordine morali: atqui talia sunt bona corporis

et fortunæ; si quidem bona sunt si bene, mala vero si male ita utamur. idem dicendum est de malis naturæ et fortunæ, nimirum infirmitate et deformitate corporis, paupertate et ignominia — quorum omnium bonitas et malitia mox dum moralis pendet ex usu

## Quid sit finis

Finis in moralibus est id quod movet et terminat appetitum; finis est quid primum in intentione et quid ultimum in executione. finem existere nullum est dubium; si quidem omnia agunt vel agantur propter finem cum nihil temere ac fortuito contingat sed aliquid potest fieri propter finem duobus modis materialiter vel formaliter:

Illud fit propter finem materialiter quod fit ab eo qui non cognoscit rationem finis et proportionem mediorum ad finem. sic fluvius dum excurrit in mare agit propter finem materialiter quia fluvius nec finem novit, nec proportionem mediorum ad finem.

Illud fit propter finem formaliter quod fit ab eo qui potest cognoscere finem et proportionem mediorum ad finem talis est homo dum agit

Quæritur hic a maxima parte philosophorum quomodo bestiæ agant propter finem an materialiter an formaliter.

Verum sane quæstionem silentio hic prætermittemus tum quia a rebus moralibus aliena nobis omnino videtur tum quia bene non potest nisi prius perspecta fuerit natura et essentia bestiarum quam tradere et explicare non moralis sed philosophiæ est.

Præterea aliquid fieri potest propter finem formaliter duobus modis nempe implicite et explicite.

Illud fit propter finem formaliter explicite quod fit ab eo qui inter agendum actu et distincte de fine cogitat V.G. ille agit propter finem formaliter explicite qui dum interest sacris de Deo actu cogitat et de hoc sacrificio quod pro nobis in cruce fuit oblatum.

Illud fit propter finem formaliter implicite quod fit ab eo qui inter agendum de fine non cogitat; id autem tribus modis fieri potest scilicet implicite virtualiter implicite habitualiter et implicite interpretative.

Aliquis dicitur agere propter finem implicite virtualiter quando quidpiam agit non quidem actu cogitans de fine sed virtute præcedentis cogitationis et actus qui adhuc censetur perseverare V.G. hoc modo agit viator licet singulis momentis non

cogitet de loco quo proficisci tuo

aliquis agit propter finem implicite habitualiter quando inter agendum non cogitat de fine nec etiam agit ex cogitatione quae perseverare censeatur sed duntaxat virtute cujusdam consuetudinis sic plerumque dormientes et amentes agunt.

aliquis dicitur agere propter finem implicite interpretative quando agit propter finem de quo nullatenus antea cogitavit. attamen ita supponitur affectus ut si acta de fine cogitavet ad ipsum suam actionem referret.

Observa sic ut acto dicatur bona moraliter satis non est agere propter finem implicite habitualiter aut interpretative sed requiritur saltem modus agendi implicite virtualiter

## Quotuplex sit finis

**Duplex** genera tim distinguitur finis scili cet finis qui seu cujus gratia et finis cui

finis cujus gratia qui dicitur etiam objectivus est illud bonum cujus gratia aliquid fit talis est sanitas propter quam sumitur potio medica

finis cui qui dicitur etiam subjectivus est persona ipsa in cujus commodum aliquid vergit sic homo aegrotans est finis cui remedium in illius enim

utilitatem prosequantur remedia

finis objectivus duplex intermedius scilicet et ultimus

finis intermedius est ille ad quem referuntur aliqua ita ut ipse ulterius referatur tales est lucrum respectu artificis talis est sanitas respectu medicantis

finis ultimus est ille ad quem omnia in omni genere et subquolibet respectu referuntur et is iterum duplex nimirum exhauriens a rei et ex intentione operantis

finis ultimus exhauriens a rei est ille ad quem omnia referuntur sive cogites sive non cogites talis est solus Deus

finis ultimus ex intentione operantis est ille ad quem omnia referuntur ex intentione et bene placito operantis tales sunt VG diuitiae respectu auari honores respectu ambitiosi talis erat etiam ille deus respectu gentilis sive Christiani

Quaeritur sic primo utrum homo agat propter finem formaliter 2° utrum inter agendum possit sibi plures proponere fines ultimos quae duo ut soluantur sit

## conclusio 1ª

homo agit formaliter propter finem

probatur nam ille agit propter finem formaliter qui dum agit cognoscit finem et proportionem

mediorum cum fine alqui Homo dum agit cognoscit finem et proportionem mediorum cum fine Homo enim inter agendum ex reflectione et attentione ea assumit media quae aptiora et efficacio magis ad finem consequendum existimat Ergo &c

## conclusio 2a

Homo non potest sibi proponere plures fines ultimos totales

Probatur nam finis ultimus totalis est ille ad quem omnia ni quo libet genere referuntur nec ipse refertur ad aliud alqui Homo dum agit non potest sibi proponere duos fines Eiusce modi nam si Homo sibi proponeret duos fines Eiusce modi, essent simul ultimi et non essent forent ex hypotesi et non forent si quidem ille finis non est ultimus ad quem omnia non referuntur atqui ad neutrum ex illis duobus finibus omnia referuntur V G supponatur Homo sibi proponere Honores et divitias separatim tanquam duos fines ultimos, neque Honores, neque divitiae erunt finis simpliciter ultimus qui a in illa hypotesi neque Honores ad divitias neque divitiae ad Honores referuntur Ergo implicat Hominem sibi proponere duos fines ultimos

# Solvuntur Objectiones

**Objicies 1°** pagani colebant plures Deos atqui Dii erant plures fines ultimi ergo &c.

**N. Mino** si quidem plures illi Dii quos colebant pagani non erant respectu illorum fines ultimi sed tantum partiales quidam fines; atque etiam inter me Dii quia inter illos Deos inæqualitatem honoris et potestatis admittebant et unumquemque Deum certo dumtaxat boni autorem non omnium bonorum finem et largitorem agnoscebant hinc Cererem segetibus neptunum mari, plutonem inferis præficiebant quæ quidem agendi ratione omnem naturæ divinæ cognitionem pervertebant si quidem in idea entis summi perfecti, continetur id illud ens solum et unicum omnia bona nobis largiri et desideria omnia nostra complere possit

**objicies 2°** potest quis supponi ita ambitiosus simul et avarus ut non minus sit ambitiosus ac non minus avarus quam si esset dumtaxat ambitiosus et avarus: atqui in illa 5ª potest homo isto sibi proponere honores et divitias tanquam duos fines ultimos

**Dist min** in 5ª potest ille homo sibi proponere duos fines ultimos partiales concedo totales N. mino ergo &c Dist consequens potest quis sibi

proponere duos fines ultimos partiales cone confeam totales n. confeam

Itaque eo loci distinguit potest finis ultimus duplex nempe totalis et partialis

Finis ultimus totalis est complexio eorum omnium bonorum quae propter se expetuntur et ad quae omnia referuntur tanquam ad finem ultimum tales sunt VG honor sed diuitiae respectu hominis qui est tam ambitiosus quam auarus

Finis ultimus partialis est pars finis totalis — quales sunt VG solae diuitiae aut soli honores respectu hominis qui aequae est ambitiosus atque auarus &

Equidem in allata hypothesi homo aeque ambitiosus atque auarus sibi proponet duos fines ultimos sed partiales tantum non totales quia honores et diuitiae simul et ex aequo constituent finem ultimum illius hominis ambitiosi et auari unde sequitur honores et diuitias posse dumtaxat dici finem ultimum quando conjunctim sumuntur non vero diuisim

# Quid sit Beatitudo

**Beatitudo** dicitur status quo alicui

da bene est ut ipsi non possit esse melius: qua propter vocatur finis ultimus, summum bonum summa, seu perfecta dicit a Boetio status omnium bonorum aggregatione perfectus

Beatitudinem possibilem esse constat ex vegemento illo Beatitudinis desiderio, quod ab autore naturæ singulis hominibus inditum fuit; nullus enim est tam ferus tamque barbarus qui a primo vitæ momento ad beatitudinem totis viribus non contendat quod quidem desiderium cum frustraneum esse non possit non debet nos impellere ad objectum impossibile

Tria sunt in beatitudine distinguenda scilicet subjectum beatitudinis, objectum et actus objecti possessiva

Subjectum beatitudinis est ipse homo qui beatus efficitur, aut quævis alia persona

Objectum beatitudinis est id quod nos beatos sui possessione efficit et illud vocatur beatitudo objectiva

Actus qua possidemus objectum quo beati efficimur dicitur beatitudo formalis

Duplex distinguitur beatitudo, nempe supernaturalis et naturalis

Beatitudo supernaturalis est ea quæ convenit homini supra naturam suam elevato et ad quam

consequendam homo indiget supernaturali auxilio

Beatitudo naturalis est ea quae convenit homini secundum naturam spectato quamque propriis viribus obtinere posset sine supernaturali auxilio

Veteres philosophi ut pote donis supernaturalibus destituti nec promissionis spem habentes hanc solam beatitudinem naturalem exquisierunt sed evanescentes in suis cogitationibus in tot errores prolapsi sunt ut sanctus augustinus ex Varrone ducentas et octoginta illorum de beatitudine opiniones collegerit, alii enim in divitiis alii in gloria et potestate, alii in corporis commodis nempe valetudine et robore, illam posuerunt, quin et non nulli eorum quales aristippus in illicitis corporis voluptatibus quo nihil turpius beatitudinem sitam esse censuerunt alii propius ad veritatem accedentes quales fuerunt aristoteles plato et stoici in mortis contemptu animi tranquillitate voluptatum moderatione veritatis cognitione et exercitio virtutis omnem hominis felicitatem collocarunt

Verum ut unica conclusione refellantur omnes illorum philosophorum opiniones sit

# Conclusio 1.a

**Nulla** est Felicitas in terris beatitudo

Probatur nam beatitudo est status omnium aggregatorum perfectus quo homini ita bene est ut ipsi non possit esse melius: atqui hoc posito quisque propria experientia compertum habet nullum esse humanae vitae statum qui sibi beatitudinis nomen et rationem vindicare possit nam ibi nulla intelligitur esse beatitudo ubi homo infinitis obiectus miseriis solicet morti, aegritudini, doloribus, fami, et siti, languoribus, tristitiis et sollicitudinibus: atqui nullus est humanus vitae status in quo has omnes calamitates non patiatur homo Hinc illud Solonis Cresum alloquentis, Nemo ante obitum felix dicendus est.

Et certe ibi nulla est admittenda beatitudo ubi sapientissimus quisque infelicem se profitetur: atqui Felicitas in terris sapientissimus quisque semper se infelicem professus est Primo propter Paucinam corruptibilis carnis quae ex Sancto Augustino Malorum est omnium miseriarum Hinc Apostolus infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius Secundo quia

quo quis sanctior eo magis ipsum taedet praesen
tis vitae sine idem apostolus desiderium habeo
dissolui et esse cum Christo levito denique quia
felicitas in pace posita est sed perpetuum nobis
est aduersus nos metipsos bellum unde Job. vita
hominis militia est super terram. Ergo nulla est
hic in terris quaerenda felicitas

## Conclusio 2ª

Si qua foret beatitudo naturalis ea
reponenda non esset in bonis creatis quales sunt
VG diuitiae honores

Probatur: Nam beatitudo debet esse constans
et perpetua solis conuenire probis hominem
satiare et omnes excludere nisi esset aliqua bona
creata quales sunt VG diuitiae et honores id
praestare non possunt prima nihil est inconstan
tius quam opes et diuitiae sine illud Scripturae
psalmo 36º vidi impium exaltatum sicut
cedros libani et transiui et ecce non erat et
quaesiui eum et non est inuentus locus ejus
secundo competunt saepius improbis unde Psalte
ragens de improbis sic habet; Promptuaria
eorum plena, ouesq eorum foetosae, abundant

(equestribus eorum ones eorum curas, terro)
Divitiæ non excludunt miserias, quot enim
eas ambiunt cruciatus, sollicitudines, molestiæ
lites rixæ et ultæ dissentiones hinc illud sapi-
entis. Quamvis non implebitur pecunia et qui amat
divitias fructum non percipiet ex illis; Ergo &c.
Deinde nulla quoque reponenda est beatitudo
in honoribus id est in potestate nobilitate laude
fama, et claritate nominis quæ omnia honoris
nomine continentur; Nam beatitudo talis esse
debet ut illius possessione homo satietur et
illa adepta, nullum bonum necessarium ipsi
desit, atqui honorum possessione irritatur potius
appetitus hominis quam satiatur, et adeptis hono
ribus, multa bona homini necessaria deesse pos-
sunt, VG scientia, Virtus, Sapientia, Sanitas,
Ergo nulla beatitudo in bonis creatis debet
collocari.
Quod spectat ad Aristippum qui fertur in illicitis
corporis voluptatibus beatitudinem collocasse indigna
est hæc opinio quæ levis refellatur
Itaque nullibi reponenda est beatitudo hominis
quam in solo Deo unde illud augustini fecisti nos
ad te Domine et irrequietum est cor nostrum
donec requiescat in te

Tria in beatitudine diximus esse distinguenda scilicet subjectum objectum et possessionem objecti

De subjecto beatitudinis nulla est difficultas ex consensu enim omnium est ipse homo aut quodlibet aliud eius cognitionis particeps igitur agendum nobis est primo de beatitudine objectiua postea disseremus de beatitudine formali

# De Beatitudine

## Objectiua

**Beatitudo** objectiua est ipsum objectum cuius possessione beati efficimur

## Conclusio

**Solus** Deus est beatitudo objectiua hominis

**Probatur** nam beatitudo objectiua hominis est bonum perfectissimum expetibile propter se ad quod omnia referuntur, et perfecte saltaus appetitum hominis aliqui Deus solus est ejusmodi primo est bonum perfectissimum siquidem nihil majus aut melius de eo concipi potest. secundo est expetibile propter se quia est finis ultimus. tertio ad Deum referuntur omnia, siquidem illud est de ratione finis ultimi. quarto denique perfecte saltat appetitum hominis: quod enim in se continet omnem rationem boni illud perfecte saltat appetitum hominis: atqui Deus in se complectitur omnem

rationem boni

Et certe. Deus est beatitudo objectiva hominis vel res creatæ: atqui ex probatis supra res creatæ non sunt beatitudo objectiva hominis si quidem illum felicem efficere nequeunt unde sanctus Bernardus. anima rationalis ad imaginem Dei creata cæteris rebus occupari potest nunquam vero satiari. Et Augustinus. fecisti nos ad te Domine et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Ergo restat ut solus Deus sit Beatitudo objectiva hominis.

## Solvuntur Objectiones

**Objicies 1o** in eo sita non est beatitudo hominis quod ab homine possideri non potest atqui Deus non potest ab homine possideri Ergo &c.

**Distin. maj** in eo sita non est beatitudo hominis quod non potest ab homine possideri possessione vitali et objectiva conc maj. civili et juridicâ. N. maj. atqui ... &c distincta pariter minore N. conseqn

Itaque duplex possessio distingui debet nempe civilis et juridica et possessio Vitalis et objectiva

**Possessio** civilis et juridica est ea quâ habemus jus et dominium, in rem possessam talis est possessio

agri et pecuniæ

possessio vitalis et objectiua quæ etiam dicetur physica est actus qua facultas circa suum objectum versatiuus Visus circa colores, auris circa sonos, intellectus circa intelligibile, et uoluntas circa amabile

Equidem beatitudo in eo sita non est quod non possit ab homine possideri possessione vitali et objectiua at uero reponi potest in eo quod possideri nequit possessione ciuili et juridica

Porro Deus non potest quidem possideri ab homine possessione ciuili et juridica quia homo nullum habet jus et dominium in ipsum Deum at uero Deus potest possideri ab homine possessione vitali et objectiua quia homo intellecta et uoluntate circa Deum jucunde uersari potest et illo frui

instabis ut Deus possideretur ab homine possessione vitali et physica deberet esse quædam proportio Deum inter et mentem humanam atqui nulla est proportio inter Deum et humanam mentem quia infinita ad infinitum nulla est proportio

Dist maj deberet esse quædam proportio objectiua et habitudinis conc maj Entitatis N. maj atqui &c distincta pariter min N. conseau

Itaque duplex proportio entitatis scilicet et habitudinis seu objectiua

Proportio entitatis est similitudo vel adveniens seu similitudo entitatis et naturae, qualis reperitur petrum inter et paulum

Proportio habitudinis est ordo potentiae ad objectum et objecti ad potentiam seu continentia alicujus intra limites objecti specificativi potentiae sic albedo contrahitur intra limites objecti specificativi ipsius visus

Equidem ut Deus posset possideri ab homine deberet esse aliqua proportio habitudinis objectiua Deum inter et mentem humanam at vero non debet esse proportio entitatis pro vero nulla est quidem proportio entitatis id est similitudo naturae Deum inter et mentem humanam sed datur proportio habitudinis et objectiua nam ibi est proportio habitudinis ubi est ordo potentiae ad objectum et objecti ad potentiam atqui Deum inter et humanam mentem datur ejusmodi ordo scilicet mens humana est intellectiua et amatiua Deus vero est summe intelligibilis quia est maxime verus et summe amabilis ut pote maxime nobis conueniens Ergo &c

Instabis atqui Deum inter et mentem humanam nulla est proportio habitudinis nam proportio

habitudinis fundatus in proportione entitatis
alqui ex concessis nulla est proportio entitatis
Dei inter et mentem humanam
N. subsumptum ad cujus probationem N.
maj: illa enim proportio fundatur quidem in entitate quate
nus habet vim intelligendi et amandi non vero in
proportione entitatis igitur fundatur dumtaxat in
proportione potentiae ad objectum, et objecti ad potentiam
instabis nulla est proportio habitudinis sine pro
portione entitatis: alqui ex concessis nulla est pro
portio entitatis inter Deum et mentem humanam
Ergo &c
Disl maj nulla est proportio habitudinis sine
proportione aliqua et remota entitatis cum majori
proxima et omnimoda N. maj alqui &c Distinguo min
ex concessis non est proportio entitatis proxima et
omnimoda Dei inter et mentem humanam Conc
min non est proportio entitatis saltem remota N.
min Ergo &c N. Consequam
Itaque inter Deum et mentem humanam non
est proxima et omnimoda proportio entitatis sicut
dem natura et entitas Dei longe differt ab entitate
et naturâ mentis humanae sed datur aliqua proportio
entitatis saltem remota primo quia Deus et mens hu
mana conveniunt in ratione entis secundo in ratione

substantiae tenho m vahone spiritus
instabis licet auditus sit sentivus et color sensibilis non datur proporho inter auditum et colorem ergo licet intellectus sit intellectiuus et Deus intelligibilis non idcirco datur proporho Deum inter et intellectum ergo ... &c

N. conseam et paritatem vaho disparitatis est quod auditus sit facultas limitata et restricta ad illud tantum sensibile cujus impressiones cadunt in illius organum at vero intellectus est facultas universalis nullo restricta organo ergo licet auditus non possit versari circa omne sensibile, attamen intellectus potest versari circa omne intelligibile et voluntas circa omne amabile

objicies 2° objectum infinitum non potest attingi a facultate finita: atqui Deus est objectum infinitum facultates humanae sunt finitae ergo &c

Dist maj objectum infinitum non potest attingi adaequate et modo infincto a facultate finita conc maj inadaequate et modo finito N. maj atqui &c concessa minore et distincto consequente ad sensum majoris

N. conseam

Itaque Deus est objectum infinitum facultates mentis humanae sunt finitae proinde quae Deus non potest attingi adaequate et modo infincto a mente humanâ quia hoc modus solus Deus sei ipsum cog

{cognoscat unde dicitur incomprehensibilis et habitare} {lucem inaccessibilem at vero deus potest cognosci}
inadequate ut modo finito alterius humana
**instabis** tam repugnat potentiam finitam quales
sunt intellectus et voluntas posse versari circa
objectum infinitum quam causam finitam posse produ-
cere effectum infinitum: atqui causa finita produccere
non potest effectum infinitum ergo &c
**N. maj** et paritatem ratio disparitatis est quod
causa debet continere perfectiones sui effectus siqui-
dem causa debet esse saltem aeque perfecta ac ipse
effectus; proinde quae si effectus esset infinitus causa
deberet esse infinita.
**adde** quod effectus infinitus in perfectionibus omnino
repugnat at vero potentia cognoscens et potentia amans
non debent continere totam objecti cogniti et amati
perfectionem VG potentia visiva non continet per-
fectiones objecti visi proinde quae quamvis objectum sit
infinitum potest cognosci a potentia finita
**Instabis** facultas specificatur ab objecto ergo
si intellectus versatur circa objectum infinitum —
debet dici infinitus
**Dist antecens** facultas specificatur extrinsece
ab objecto cone antecens intrinsece n. antecens ergo
&c Distinguo consecens si objectum sit infinitum intellec-
tus debet dici infinitus ratione objecti et extrinsece

conc conseam vatione sue nature et extrinsece
n. conseam

Itaque facultas specificatur tantum a suo objecto
proindeque si illius objectum sit infinitum ipsa dici
potest infinita extrinsece et vatione objecti at vero
non specificatur intrinsece a objecto quia ex eo non
constat ~~quo~~ tanquam parte intrinsecâ et essen
tali et consequenter licet objectum sit infinitum
potentia semper remanet finita entitative et extrin
-sece

**objicies 3° illud** non est bene dictum objectum
hominis quod ab homine nate valeat non appetitur
alqui Deus naturaliter a nobis non appetitur illud
enim dumtaxat naturaliter appetitur quod arri
bus naturæ obtineri potest alqui Deus viribus
naturæ ab homine obtineri nequit ergo &c

**N mino** nam illud naturaliter appetitur ab
homine quod illius naturæ maxime congruit
alqui Deus fruitue possidendus maxime congruit
naturæ hominis; si quidem homo ad imaginem et
similitudinem dei fuit efformatus ad Deum scilicet
cognoscendum et amandum inde fit Deum alloquitur
Augustinus; fecisti nos ad te domine, et inquie
tum est cor nostrum donec requiescat in te

**Ad probationem** negatæ minoris N. majoren
nil enim aliquid a nobis naturaliter expetatur satis

est quod sit nostrum bonum et naturæ nostræ maxime conveniens, quocunque tandem modo illud obtineri possit atqui Deus est nostrum summum bonum si quidem solus potest satiare et replere appetitum nostrum

Instabis nullus est a naturâ concessus appetitus ad impossibile, atqui quod viribus naturæ obtineri non potest illud est impossibile

Dist maj nullus datur a natura appetitus ad id quod est omnino impossibile cone maj ad id quod est dumtaxat impossibile viribus naturæ N. maj atqui &c distinctâ paritate mino N. conseam

Itaque nullus datur appetitus ad id quod est omnino impossibile sed dari potest ad aliquid quod est impossibile sub aliquo respectu tantum, modo illud sit maxime conveniens naturæ Sanctæ porro talis est beatitudo seu felicitas æterna quæ impossibilis quidem est viribus naturæ sed fit possibilis

{per gratiam Domini nostri Jesu Christi}

Et certe datur appetitus naturalis ad id cujus habendi sumus naturaliter capaces quocunque modo illud obtineatur atqui felicitatis æternæ quamvis per gratiam tantum habeatur sumus naturaliter capaces non secùs ac ipsius gratiæ naturaliter capax est anima juxta illud Augustini Posse

habere fidem sicut possit habere caritatem natu
rae est hominem; habere autem fidem sicut habe
re caritatem, quae est fidelium.

**Objicies 4°.** Summum sensibile puta sol non
potest directe oculis conspici. Ergo a pari summum intelli
gibile et summum amabile quale est Deus non potest
indubitate attingi a facultatibus mentis humanae scilicet
intellectu et voluntate.

N. Consequentia et patet ratio disparitatis est quod
oculus sit facultas corporea quae consistit in certo
quodam motu et certa quadam mechanica partium
dispositione quam nimia commotio et incrementum motus
radiorum solis laedit et destruit at vero vere facultates
mentis humanae scilicet intellectus et voluntas sunt
omnino spirituales unde nulla est paritas inter oculum
et facultates mentis.

**Objicies 5°.** Illud non satiat appetitum hominis
quo obtento restat aliquid optandum atqui optando
Deo aliquid optandum superest. nam licet beatae
mentes Deo fruantur attamen primo appetunt uni
onem cum corporibus suis, secundo omnium hominum
salutem desiderant.

Dist maj illud non satiat appetitum hominis quo
obtento superest aliquid desiderandum cum anxietate
et sollicitudine conc maj sine anxietate et sollici
tudine N. maj atqui &c Distincta paritate minore N.
Consequentia.

Itaque dum beatæ mentes deo fruuntur appetunt adhuc unionem cum suis congrevibus et desiderant salutem omnium hominum sed illud fit sine ulla anxietate et sollicitudine; cum per possessionem Dei summa voluptate perfundantur juxta hæc Scripturæ verba inebriabuntur ab ubertate domus tuæ et torrente voluptatis tuæ potabis eos

**objicies 6°.** bona creata possunt satiare appetitum hominis ergo non solus Deus est beatitudo objectiva hominis

**R. antecs** nam bona finita caduca et mutabilia non possunt satiare appetitum hominis atqui bona creata fragilia sunt et mutabilia unde illud Cui dii [illegible] Crus erit subito qui modo Crœsus erat

**Præterea** quo quis magis abundat eo majori sollicitudine et cura agitatur unde Horatius Crescentem sequitur cura pecuniam majorumque fames quare sapiens in sacris cœlicibus Quarus non implebitur pecuniâ et qui amat divitias fructum non percipiet ex illis; hinc etiam Amos propheta Væ qui opulenti estis in Sion

**Probatur** antecs bona finita possunt satiare appetitum finitum atqui appetitus hominis est finitus ergo &c.

**Dist maj** bona finita possunt satiare appetitum finitum tum extrinsecè cum intrinsece conc maj finitum intrinsece tantum et quoad entitatem R. maj

alqui &c Distincta paritate minore Ergo &c N.
conseam

Itaque bona finita possunt satiare appetitum
finitum intrinsece et extrinsece secus vero si fuerit
tantum finitus intrinsece et quoad entitatem sed infi
nitus extrinsece et ratione sui objecti porro talem
appetitus Hominis est quidem finitus intrinsece et
quo ad entitatem sed infinitus est extrinsece et
ratione sui objecti unde solo objecto infinito stare et
satiari potest quapropter in possessione omnium
bonorum creatorum semper aliquid Homini restat
expetendum Hinc illa Horatii verba

{ Non domus et fundus non aris acervus et auri
Aegroto Domini deduxit corpore febres
non animo curas. . . . }

**Objicies 7°** Summum malum consistit in
doloribus Ergo summum bonum consistit in voluptatibus

**Distinguo** Summum malum consistit in doloribus animi conc antecens corporis N. antecens Ergo
& Distinguo consequens, summum bonum consistit in
voluptatibus animi conc consequens corporis Neg
consequens.

Itaque non corporis sed animi dolores et cruciatus miserum efficiunt Hominem ita a pari non
corporis sed animi Voluptates ipsum beatum et
felicem possunt efficere. Hinc est quod saepe usu

sunt Martyres medios inter eruciatus et supplicia
sui summâ pace et animi tranquillitate, praeter
quam quòd agitur ubi de beatitudine objectiva id est
de eo objecto cujus possessione homo fit beatus porro
tales non sunt voluptates corporis

**objicies 8°** Illud est Beatitudo hominis objectiva
quod reddit hominem Deo similem at qui potestas et
imperium reddunt hominem similem Deo ergo in pote-
state et in imperio reponenda est Beatitudo objec
tiva hominis

**Dist maj** quod reddit hominem similem Deo ut
beato conc maj similem Deo ut supremo omnium
Domino N. maj atqui &c Distincto pariter min.
N. conc eam

**Atque** potentia et imperio homo accedit ad
similitudinem Dei, quatenus Deus est supremus
omnium Dominus, non vero quatenus est beatus,
siquidem Deus non est beatus praecise, qui a Sabel
supremum dominium in res creatas, sed quia se
ipsum cognovit, et amat, sicque sui delectatur
perfectionibus: pariter homo non fit beatus potes
tate et imperio, immo saepe eo infelicior est, quo in
majori et potentiae et auctoritatis gradu est consti
tutus; unde juvenalis satyra decima de Alexandro
qui totum terrarum orbem armis domuerat et in
suam redegerat potestatem

{ Unus Pellaeo juveni non sufficit orbis }
{ aestuat infelix angusto limite mundi }

# De Beatitudine

## formali

**Beatitudo** formalis est actus qua possidemus objectum quo beati efficimur quae quidem actus nihil aliud est quam intima et fruitiva dei possessio per quam gaudemus jucunde et perfecte deo adhaerescit, tanquam fini ultimo. jam vero duplici facultate scilicet intellectu et voluntate potest homo Deo frui et illi adhaerescere nam caeteras facultates et potentias sensitivas hominis circa corporea et sensibilia objecta occupantur qua propter beatitudo formalis necessario collocanda est in actione intellectus aut voluntatis aut utriusque simul

Duae sunt actiones quibus illae facultates possunt versari circa Deum et illi intime conjungi scilicet visio et amor

VISIO duplex eo loci distinguitur nempe abstractiva et intuitiva

VISIO Dei abstractiva est ea quae ex creaturis excitatur in nobis De ea Visione seu cognitione loquitur apostolus dum dicit invisibilia Dei a creatura mundi per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur vocatur etiam visio per speculum et aenigmate

VISIO Dei intuitiva est ea quae per ipsam essentiam immediate et per seipsum intime fit in nobis, de ea cognitione loquitur Joannes cum ait: tunc similes

Dei videbimus sicuti est aliter
dicitur Visio Dei facie ad faciem, ubi questio non
est de Visione abstractiva sed intuitiva.
Duplex pariter distinguitur amor scilicet concu-
piscentiæ, et amicitiæ
amor concupiscentiæ is est quo aliquid amamus
propter commodum ex eo in nos redundans de illo
amore non agitur quia cum ad nos tanquam ad
finem referatur et terminetur non est actio qua fini
ultimo et incommutabili bono adhæremus
amor amicitiæ seu benevolentiæ est ille quo
aliquid amamus propter intrinsecam ejus bonita-
tem absolute sumptam et nulla habita ratione nostri
commodi amor amicitiæ dicitur etiam amor compla-
centiæ
Ex amore gaudium nascitur, quod duplex in
beatis distinguitur, nempe directum et reflexum.
Gaudium directum dicitur illud quod in Deum
dirigitur et quo beati Deum suaviter degustant ipso
fruuntur et in eo gaudent atque conquiescunt
Gaudium reflexum est illud quo beati de sua
felicitate lætantur dum in se ipsos animum convertunt
et reflectunt a nonnullis dicitur gaudium de
gaudio seu de fruitione et possessione Dei quemad
modum enim intellectus habet cognitiones aliquas
reflexas quibus alias cognitiones percipit sic vo-
luntas non tantum amat bonum sed et suum amo

amo vem amat, nec tantum gaudet seu conquiescit in bono sed etiam gaudet de illo priore gaudio seu de fruitiua possessione dei

certum est beatitudinem formalem sitam non esse in gaudio reflexo seu in illa delectatione que consequitur ex fruitiua possessione dei ut potest quis non habet deum ipsum pro obiecto sed potius possessionem seu amovem quo beate mentes feruntur in deo quare ibi non disputatur de gaudio et delectatione que nascitur in beatis mentibus ex possessione dei sed quæritur duntaxat quânam actione debeat possideri deus ut quis fiat beatus quâ de re triplex est sententia prima est thomistarum qui volunt beatitudinem formalem in solâ uisione dei intuitiuâ esse ponendam

secunda sententia est scotistarum qui contendunt eam consistere in solo amore

tertia denique sententia communis est qui collocant beatitudinem formalem in uisione et amore simul huic sententiæ quæ est sancti Bonauenturæ subscribimus

## Conclusio

**Beatitudo** formalis ponenda est in uisione dei intuitiuâ simul et amore fruitiuo

**Probatur** nam in iis sita est beatitudo formalis sine qua beatus nec esse nec concipi potest summi et incommutabilis boni fruitiua possessio qua

homo fiat beatus alqui sine visione et amore fruitivo nec esse nec concipi potest summi et incommutabilis boni fruitiva possessio qua homo fiat beatus primo sublata visione non amplius homo intelligitur beatus, cum ille beatus dici nequeat qui non videt quod ~~[illegible]~~ amat secundo homo non intelligitur etiam beatus sine amore fruitivo siquidem a nov ille nigel aliud est quam actus quo beatorum mentes summo et incommutabili bono suavissime adhaerent et quidquid in eo voluptatis est summa pro modulo suo jucunditate degustant: alqui sine cupiscae modi amore. quispiam beatus fieri non potest quo modo enim quis beatus censeatur qui non amat quod videt quapropter sanctus Augustinus libro de moribus Ecclesiae capite 3° de beatitudine ageus sic Gabel; Beatus ille dici non potest qui non Gabel quod amat qualecumque sit; neque qui non amat quod Gabel; et si optimum; nam qui appetit id quod adipisci non potest, cruciatur; et qui non appetit quod appetendum est aegrotat: nigel autem bonum animae contingit sine summa miseria: beata ergo vita est dum quod homini optimum est Gabetur et amatur ergo &c.

Et certe ut homo sit beatus deus ab ipso possideri debet ut prima veritas et ut prima bonitas: atqui per illi onem possidetur ut prima veritas et per amorem ut prima bonitas ergo Beatitudo formalis consistit in visione et amore simul

# Solvuntur Objectiones

**Objicies 1.°** In eo solo ponenda est beatitudo formalis quod est quid primum in ipsa alqui visio intuitiva est quid primum in beatitudine; amor vero est quid posterius primum est aliquid cognosci quam amari

**Dist maj** in eo solo reponenda est beatitudo formalis quod est quid primum in ipsa et tota illius essentia cone maj quod est quid primum ipsa et pars tantum illius n. maj alqui &c. Distincta pariter minore N. consequa

**Itaque** visio est quid primum in beatitudine sed non est tota illius essentia sicut anima non est tota essentia hominis licet sit quid primum in ipsa quapropter propterea visionem requiritur amor ad beatitudinem, licet enim per visionem mens cognoscat Deum attamen jucunde illi non adhaereret nisi per amorem fruitivum seu complacentiae porro nemo intelligitur beatus nisi objecto quod videt suavissime et jucundissime per amorem adhaereat

**Instabis** visio debet spectari tanquam tota essentia beatitudinis et amor sit proprietas visionis: atqui res ita se habet quia summum bonum quales est Deus cognosci et videri non potest quin ametur N. g. ut

**N. mino** sed licet quod amor sit proprietas visionis non proprietas entis cujuspiam, ab illo ente fluit et manat necessario tanquam a principio et fonte alqui amor non pro fluit a visione tanquam a principio cum visio per se non semper amorem

pvoducat sed sit tantum conditio sine qua non esse amor
instabis beatitudo formalis est possessio Dei alqui
Deus per visionem possidetur ergo &c
Dist maj beatitudo formalis est possessio dei formaliter
conc maj. possessio dei qualiscumque n. maj.: alqui
&c Distincta pariter min. N. concean
stagne beatitudo formalis non est qualiscumque
Dei possessio sed possessio dei ut est prima veritas et
ut prima bonitas ergo per solam visionem deus
possidetur ut prima veritas non vero ut prima boni
tas igitur præter visionem requiritur amor
instabis miseria damnatorum oritur ex sola
privatione visionis Dei ergo a contrario felicitas
beatorum oriri debet a sola visione Dei
N. antecens si enim miseria damnatorum oritur
tur a sola privatione visionis Dei omnes damnati forent
æqualiter infelices quia æqualiter privantur visio
ne Dei inhibitiva alqui damnati non sunt æqualiter
infelices ut patet ex illis scripturæ verbis Matthæi
{ capitis 11° versu 22° verumtamen dico vobis Tyro
et Sydoni remissius erit in die judicii quam vobis }
instabis in eo reponenda est beatitudo formalis
in quo reponitur a scripturâ sacrâ alqui beatitudo
reponitur a scriptura sacra in sola visione sic Christus
in evangelio Johel: hæc est vita æterna ut cognos
{ cant te solum Deum verum et quem misisti Jesum
Christum. pariter Philippus Joannis decimo quarto }

{de sola visione loquitur Ostende, inquit Sponsum alloquens, tuum patrem et sufficit nobis. item David in psalmis Ostende faciem tuam et salvi erimus}

N. Mino equidem in locis quae laudantur fit mentio visionis at vero sunt alia loca bene multa in quibus scriptura loquitur de solo amore et gaudio ut videre est in vtis V G apud Matthæum intra in gaudium domini tui et Psalmo 35° torrente {voluptatis tuæ potabis eos: igitur scriptura philosophice non agit de eo præcise in quo consistit beatitudo formalis sed pro ut se dat occasio facit mentionem eorum omnium quae in beatitudine reperiuntur sine beatitudini præmittantur sine eam subsequantur tanquam appendices sine eam denique formaliter constituant quare indifferenter loquitur modo de visione modo de amore et gaudio id quae eo magis quod visio dei intuitiva nunquam occurat sine amore et gaudio cæteris que omnibus quae instar appendicis consequuntur beatitudinem

Instatis beatitudo consistit in eo quod reddit objectum præsens alqui visio reddit objectum præsens ergo &c

Dist maj beatitudo consistit in eo quod reddit objectum præsens tum repræsentiua tum affectiua conc maj repræsentatiua tantum N. maj alqui &c distincta minq. ad sensum maj. N. consean.

Itaque aliquid potest fieri præsens duplici præ

præsentiâ scilicet affectiuâ et repræsentatiuâ
illud dicitur præsens præsentiâ affectiuâ quod
alteri conjungitur per unionem affectus quæ unio
fit per propensionem voluntatis in rem amatam
illud sit præsens præsentiâ repræsentatiuâ quod
alteri conjungitur per unionem repræsentationis sic
objectum fit præsens menti dum cognoscitur
Equidem beatitudo formalis consistit in eo quod
reddit objectum præsens præsentia affectiua et repræsen
tatiua simul non vero repræsentatiua tantum cum mille
beatus dici non possit qui non amat quod videt: porro
per unionem objectum redditur præsens repræsen
tatiuè tantum ut patet quamobrem requiritur
præterea amor quo voluntas in objectum feratur
illique jucunde et suauissime adhæreat

**Objicies 1°.** quod abstrahit a præsenti et
absenti illud non reddit objectum præsens: atqui amor
abstrahit a præsenti et absenti ergo &c.
Dist min amor generice sumptus abstrahit a præsen
ti et absenti conc min amor specifice sumptus id est
fruitivus N-min ergo &c. N-conseq
Itaque - amor generice sumptus abstrahit a præsenti
et absenti si quidem fruitus in res absentes aque ac
præsentes at vero amor fruitivus postulat objectum
præsens hoc enim amore voluntas suo objecto
tum nec conjungitur et ipsi jucunde adhæret quod
fieri nequit nisi objectum sit præsens: hinc Sanctus

Thomas dr Spe amore agens dicit intellectum esse manum animæ quia intellectu objecta ad nos adducimus et vapimus voluntatem vero esse animæ pedem quia voluntate currimus ad objecta

Instabis si per amorem possideretur Deus et fieret præsens, justi in hac vita forent beati: aliquid dici non potest

Dist maj si per amorem vitæ et desiderii possideretur Deus et fieret præsens justi in hac vita forent beati Conc maj si per amorem patriæ et fruitionem duntaxat N. Majorem alqui &c. concessa minore et distincto consequente adsensum majori N. conseam

Itaque licet per amorem viæ qui etiam habitus viæ dicitur Deum possidere incipiat homo scilicet in spe et voto attamen per solum patriæ amorem ut proprie fruitionem ultimo Deo conjungimur et summa ab ipso perfundimur voluptate

Instabis alqui beatitudo nequaquam consistere potest in amore fruitivo nam amor ille est complacentia seu quies quædam voluptatis in bono possesso alqui beatitudo formalis non est quies nam beatitudo formalis consistit in actione perfectissima: alqui quies non est actio sed cessatio ab omni actione Ergo &c.

N. subsumptum ad cujus probationem N. minorem ad cujus itidem probationem Dist minor quies sumpta pro termino motus localis seu

SORBONNE

motus corporum est cessatio ab omni actione 101
sine termino. quies sumpta pro termino actionum
voluntatis non termino. Ergo &c distincto consequente
ad sensum termino. non consequam.

Itaque Amor fruitivus et Complacentia voluntatis in bono possesso potest apellari quies, Metaphora ducta a quiete corporum quia habet aliquid quod convenial cum quiete corporum sed habet etiam aliquid quo differat. primo Amor fruitivus et Complacentia voluntatis in bono possesso convenit cum quiete corporum quia Sicut Corpus quod motum pervenit ad terminum, ultra non movetur: ita quando voluntas finem sibi propositum assecuta est non amplius movetur in finem motus desistit, nec ultra adhibet media ad finem consequendum, porro ultra non adhibere media, est aliquo sensu quiescere, verum illa animi et voluntatis quies in eo differt a quiete Corporum, quod postquam anima suum adepta est bonum circa illud pergat agere multis modis, nimirum illo fruendo et illius suavitatem degustando, Sic autem ultimus actus, qui positus est, et animae jucundissimus quies appellatur.

Instabit Si Beatitudo formalis consistet vel in amore fruitivo unde necessario consequitur gaudium, tristitia tollet Beatitudinem: atqui

d falsum est: nam Christus dum versaretur inter
homines fuit beatus: attamen tempore passionis dixit
Tristis est anima mea usque ad mortem Ergo &c.

Dist maj tristitia de privatione visionis Dei, des-
truevet Beatitudinem cone maj. tristitia de ingratitu-
dine et peccatis hominum N. maj. atqui &c distincta
pariter mino N. concedam.

Itaque sicut duplex distinguitur gaudium, alterum
de Deo quem possidemus, et alterum de possessione
bonorum creatorum, ita duplex tristitia distingui potest
altera de Deo perdito seu de privatione visionis Dei
altera de amissione bonorum creatorum.

Equidem tristitia de privatione visionis Dei
tollit beatitudinem, non vero tristitia de jactura
bonorum creatorum quia tollit dumtaxat gaudium
de bonitate a Deo distincto, in quo cum possessione non
est vera beatitudo: porro tristitia Christi spectabat
peccata, et ingratitudinem hominum.

Praeterea dici potest illam tristitiam quae premeba
tur Christus Dominus, licet compre sensor dum degebat
in terris qualiscumque fuerit, in appetitu sensitivo seu
in parte hominis inferiori fuisse positam, dum
gaudium in voluntate seu in parte superiori animae
regnabat, quod quidem sine singulari miraculo
et dispensatione divina fieri non potuit

Adde quod non ita certum est Christum ante mortem
fuisse beatum et comprehensorem; non nulli enim

Aquilegi aliter sentiunt, quorum sententiæ et opinioni faciunt illa verba eiusdem discipulo alloquentis: O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ nonne hæc oportuit pati christum, et ita intrare in gloriam suam

Instabit si Beatitudo consisteret in amore unde consequitur Gaudium; cum istud gaudium ut quædam satietas, et expletio omnis desiderii beati fierent ex æquo felices: nam illi sunt æqualiter felices qui sunt æqualiter satiati: atqui beati fierent æqualiter satiati ergo &c

N. antecs ad cuius probationem dist maiorem illi sunt æqualiter felices qui sunt æqualiter satiati positiue conc maj. negatiue N. maj. atqui hic distinctõ pariter minu N. conseau

Itaque Duplex distingui debet satietas nempe negatiua et positiua

satietas negatiua posita est in priuatione omnis inquieti desiderii

satietas positiua est ea quæ posita est in sensu omnis expleti desiderii, siue in sensu quo quis ita sentit sibi bene esse, ut non possit esse melius

satietas negatiua æqualis est in omnibus beatis quia nullus eorum anxius est et inquietus ad vero

satietas positiua non est æqualis in omnibus beatis,
si quidem hæc satietas oritur ex visione et amore
qua propter quo perfectiores sunt illi duo actus
in beatis, eo satietas positiua in ipsis est perfectior
hoc a nonnullis Theologis explicatur exemplo
duorum hominum qui eundem cibum capiunt et
quorum quisque pro sua fame et stomachi capa-
citate cibum sumit ad satietatem, ita tamen ut
in cuius gustus perfectior est, stomachus que capa-
cior, perfectius sibi suauitatem percipiat et de-
gustet alter vero cuius gustus obtusior est et
stomachus angustior, quamuis nec tantam quantam
prior voluptatem percipiat nec tantam ciborum
copiam sumat attamen ita satiatur ut alteri non
inuideat, et sua forte sit contentus
Quæritur quænam sint Beatitudinis proprietates
Respondeo præcipuas Beatitudinis proprietates
esse immunitatem ab omni peccato et miseria summam
animi tranquillitatem, pacem et gaudium de Deo cogni-
et possesso, sine vllo illius admittendi metu nam ex-
dictis initio huiusce disputationis beatitudo est
status omnium bonorum aggregatione perfec-
tus qui eo tam bene est homini ut ipsi non possit
esse melius: atqui ex illo Statu Oriuntur omnes
illæ quas enumeraui possunt proprietates si enim
quædam deesset jam non amplius foret status qui

quo homini ita bene est ut non possit ipsi esse melius

# De Principio Dirigente actuum humanorum seu de legibus

**Principium** dirigens actuum humanorum est lex qua homo dirigitur in iis quæ ipsi sunt agenda vel omittenda agemus primo de legis natura secundo de ejus proprietatibus tertio de illius speciebus

## De Natura Legis

**Lex** dictum vel a ligando quia ligat et obligat vel a legendo quia debet legi et promulgari iis quibus imponitur

Lex generatim dictum Regula quædam agendorum et omittendorum unde duplicis sunt generis præcepta legis; alia quæ bonum imperant et vocantur positiva atque affirmativa quale est istud diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua et ex totis viribus tuis proximum autem sicut te ipsum alia sunt præcepta quæ malum prohibent et vocantur negativa talia sunt ista non occides non furaberis &c hæc præcepta tum affirmativa

tum negativa sin verbis comprehendentur declina a malo et fac bonum

Lex definitur a sancto Thoma ordinatio rationis ad bonum commune ab eo qui curam habet communitatis promulgata

Primo lex dicitur ordinatio rationis quia res injustae et indecorae non debent legibus sanciri

2° Dicitur ab eo qui curam habet communitatis, quia solius est principis et eorum qui illius nomine aliis praesunt, leges imponere;

3° Denique dicitur promulgata quia lex debet innotescere iis quos obligat: aliqui sola promulgatione lex innotescat ergo &c.

Quaeritur 1° utrum lex sit actus intellectus an voluntatis

Respondeo legem esse simul actum intellectus et voluntatis quia sunt duo munera legis primo debet dirigere eos quibus imponitur in iis quae sunt agenda et omittenda 2° debet astringere; aliquem nullum esse discrimen inter consilium et praeceptum sed legem atqui actus quo homines diriguntur ad id quod bonum est pertinet ad intellectum siquidem solius est rationis ut Sab et Sanctus Thomas ordinave in finem deinde actus quo homines astringuntur ad id quod bonum est, pertinet ad voluntatem: nam ex eodem Sancto Thoma ratio obtinet vim movendi a voluntate. ergo lex duos dicat actus scilicet judicium rectum de rebus agendis et voluntatem astringendi subditos

Quæritur 2° utrum promulgatio sit de ratione legis

Respondeo affirmative: nam lex est regula agendorum et omittendorum, igitur illa regula debet applicari; jam vero sola promulgatione lex applicari potest primo quia lex ordinem habet ad communitatem cui proinde scripto vel voce manifestari oportet secundo quia lex est præceptum sed præceptum ut obliget debet denunciari iis quibus imponitur alioquin possint ignorantiam prætexere

Dices lex naturalis non indiget promulgatione ergo lex non indiget promulgari

N. antecedens lex enim naturalis promulgata fuit quando Deus eam inscripsit in mentibus omnium hominum

Quæres 3° utrum lex reservatio necessaria ad bonum commune

Respondeo. da esse, id patet ex definitione legis ubi dicitur ordinatio rationis ad bonum commune. deinde bona particularia referuntur ad bonum commune et ipsi postponi debent: quare si lex aliqua detrimento boni communis alicui daret bonum particulare injusta esset lex.

De proprietatibus

# De Proprietatibus Legis

**Proprietates** legis vulgo numerantur obligatio, mutatio interpretatio promulgatio et acceptatio

**Obligatio** legis est moralis necessitas agendi id quod imperatur et ommittendi id quod prohibetur cta ut subditus si legi adversetur reus fiat

**Mutatio** legis quae tamen omni legi non competit duplex distinguitur altera qua lex omnino tollitur altera qua lex tollitur ex parte

**Prior** duplex est scilicet irritatio et abrogatio.

**Irritatio** est mutatio qua lex tollitur antequam obligare coperit V G si lex quae post tres menses obligatura erat ante illud tempus revocetur

**Abrogatio** est mutatio quâ lex quae prius obligabat tollitur omnem que vim amittit

**Posterior** mutatio qua lex tantum ex parte tollitur quadruplex Vulgo numerantur nimirum derogatio, dispensatio, suspensio, et priuilegium,

**Derogatio** est mutatio qua lex ex parte tollitur V G si lex quae praecipit abstinentiam et jejunium definat obligare quoad jejunium retinenda vim suam quam

**Dispensatio** est juris relaxatio qua quis soluitur ab obligatione legis dum vobis adhuc suum retinet respectu alicujus hominum

Suspensio legis est mutatio qua ejus obligatio tollitur per aliquod tempus post illud vel ejus V. G. si obligatio solvendi vectigalis ad aliquot annos tolleretur

Privilegium est lex favorabilis alicui contra jus commune V G si princeps aliquem faceret immunem a tributo solvendo

Interpretatio legis duplex est alia quae dicitur explicatio legis propter verborum obscuritatem qua scilicet declaratur quaenam fuerit mens et sensus legislatoris in condenda lege.

altera legis interpretatio dicitur correctio qua scilicet declaratur legem non obligare in aliquo casu particulari V G si a principe prohibitum fuisset gestare arma noctu et forte occurreret quaedam necessitas arma gestandi V G ut repelleret hostes a moenibus tunc declarari posset legislatorem astringere noluisse subditos in talibus circumstantiis haec legis interpretatio quae dicitur ΕΠΙΕΙΚΕΙΑ

Promulgatio legis est publica legis declaratio qua lex innotescit et intimatur iis hominibus quos obligatura

Denique acceptatio est legis proprietas quae definitur consensus datus a subditis legi quo consensu se astringunt ad legem servandam

Quaeritur utrum acceptatio subditorum requisitum ut lex sit valida

Respondeo si legislator habet supremum dominium independenter a populis tunc potest ferre leges validas sine acceptatione subditorum si vero populus hoc jus apud se retinuerit ne condi possint leges citra suum consensum tunc legislator non potest constituere leges; quæ obligent ante acceptationem subditorum

# De Variis legis Speciebus

## Triplex

distinguitur lex scilicet æterna naturalis et positiva de hac triplici lege breviter dicemus

# De Lege Æterna

**Lex** æterna est summa ratio divinæ mentis quæ quæ facienda vel omittenda sunt immutabiliter continentur sive ut habet Sanctus Augustinus est summa ratio cui obtemperandum est

Quæritur utrum admittenda sit lex æterna in Deo

Respondeo affirmative primo quia debet admitti in Deo sapientia et providentia cujus est omnia in fines suos dirigere secundo quia homines tali indigent directione unde minus ipsis consultum foret quam cæteris rebus inanimatis quæ suos a Deo fines prædestinatos habent secundo quia leges humanæ ut

ut potes mutabiles et imperfectæ debent supponere
certam aliquam et invariabilem in Deo legem cujus
participatione reddantur perfectæ

**Dices** ubi non est subditus, ibi non est lex atqui ab
æterno non fuit subditus qui obligaretur Ergo non
fuit lex. prorumpe quæ nulla lex debet dici æterna

**Dist maj** ubi non est subditus ibi non est lex
in subdito cui maj in legislatore N. maj atqui &c
concessa minore et distincto consequente ad sensum
majo. N. consequam patet Distinctio

**Instabis** ubi non est obligatio ibi non est lex
ne quidem ex parte legislatoris atqui nulla fuit
obligatio ab æterno Ergo &c

**Dist maj** ubi non est obligatio actiua aut potes-
tia obligandi ibi non est lex ex parte legislatoris
cui maj ubi non est obligatio passiua N. maj atqui
&c distinctâ minore ad sensum maj. N. consequam

**Equidem** non fuit obligatio passiua ab æterno
quia non erant homines qui obligarentur at vero
semper fuit in deo obligatio actiua sive potentia
obligandi, id est ratio diuinæ sapientiæ pro futuro
rerum directiua

**Quæritur** 2° utrum lex æterna in tempore
promulgata fuerit

**Respondeo** affirmatiue nam lex æterna debet
dici promulgata in tempore si reuera promulgata —

suevet hominibus et praesertim Adamo: atqui res ita se habet: ad hoc satis est quod sit in omnibus hominibus quaedam illius legis irradiatio et participatio: atqui inest in omnibus hominibus quaedam legis aeternae irradiatio et participatio si quidem hominibus omnibus innotescunt principia rectae vivendi principia: haec illa Verba Dei illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum et ista signatum est super nos lumen vultus tui Domine: quae a peccato primi parentis ortum illa, quae remanent in nobis difficultas mali et recti

Quaeritur 3°. utrum lex aeterna sit fons et origo aliarum legum?

Respondeo ita esse, nam illa lex est fons et origo aliarum legum quae dat caeteris legibus vim et obligandi potestatem atqui talis est lex aeterna: quod enim est primum movens dat vim motivam secundariis movent[illegible]: sicut princeps qui est primum movens in suo Regno dat suis ministris vim et potestatem gubernandi subditos juxta ordinem rationis: atqui lex aeterna prima est in suo genere et primum movens; leges vero caeterae sunt moventia secunda: hinc illud sapientiae Capite 8°. per me reges regnant et legum conditores justa decernunt

# De Lege Naturali

LEX naturalis est lumen naturale et recta ratio definiri solet dictamen rectae rationis praecipiens quae per se bona, et vetans quae per se mala esse natura

naturalis seu nouimus

Hinc praecepta legis naturalis sunt duplicis generis alia positiua quae praecipiunt id quod per se bonum est alia negatiua quae prohibent id quod per se malum est quae omnia generatim continentur hoc principio declina a malo et fac bonum quod quidem principium speculari debet tanquam primum praeceptum legis naturalis, post est ouigo omnium aliarum legum quia est ultima ratio quae assequi possit ab homine interrogato cur hoc uel illud faciat, hoc uel illud fugiat? ex illo praecepto immediate sequitur istud Diliges Deum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, et ex totis viribus tuis, proximum autem sicut teipsum: in eo autem consistit amor Dei, ut solus Deus propter se diligatur caetera vero diligantur propter Deum.

Quaeritur utrum praecepta legis naturae mutari possint ignorari quod ut solvatur

Obserua. praecepta legis naturae duplicis esse generis alia quae dicuntur primaria alia quae uocantur secundaria

Primaria legis naturalis praecepta sunt ea quae cum primis rectae rationis principiis ita connexa sunt ut eorum connexio attendenti facile pateat talia esse ut istud non occidere

Secundaria legis naturalis praecepta sunt verae illae quaedam conclusiones quae maiori et longiori ratiocinatione deducuntur ex primis legis naturae principiis qui positis sit

# Conclusio 1ª

**Primaria** legis naturalis præcepta mutari ignorari non possunt

**Probatur** nam ea mutari ignorari nequeunt quæ cuivis attentione diligentia adhibita cognoscantur alqui primaria legis naturalis præcepta sunt ejusmodi nemo enim vel leviter attendens potest ignorare non esse altevi faciendum quod sibi fieri non vult unde cui dentes segetur non esse occidendum furandum de fama alterius detrahendum &c. quam obrem inquit sanctus Augustinus in psalmum 57.um

{Manu formatoris nostri in cordibus nostris inscriptum est alteri ne feceris quod tibi fieri non vis, sed ignorare nemo permittus est etiam antequam lex daretur}

Et certe ignorantia immutabilis excusat a peccato sed qui rationis compos agit contra jus naturale is non excusatur a peccato; illius actio non solum est contra rationem sed etiam Deum offendat et in materia gravi ejus amicitiam dissolvit posnamque meretur æternam

Dices latrocinia sunt contra legem naturalem alqui ex Cæsare in suis commentariis Germani putabant latrocinia non esse infamia et illicita

Dist mino Germani credidevunt latrocinia non esse infamia et illud vigebatur ex communi naturae corruptela et quia nec in se redire nec minimam attentionem adhibere voluerunt ad legem naturalem scriptam in cordibus eorum communis locus non minus ergo Dei

Itaque haec caecitas et ignorantia quae supponitur in germanis circa latrocinia non erat invincibilis et si tantis per in se redirent et attentionem vel minimam adhibere voluissent Natura dependendum non esse alteri faciendum quod nobis fieri nolumus proindeque non esse furandum Hinc Isaiae Capite 46.° Versu 8.° peccatores alloquens sic habet Redite praevaricatores ad cor

Quaeritur utrum Deus possit dispensare a lege naturali seu tollere obligationem quae oritur ex parte legis naturalis cui quaestioni ut fiat satis sit

## Conclusio 2.a

Deus potest tollere obligationem quae oritur ex parte legis naturalis

Probatur. nam obligatio necessaria et essentialis ne quidem a Deo tolli potest atqui obligatio quae oritur ex parte legis naturalis necessaria est et essentialis

nam lex naturalis everitas cuncta ea quae sunt essentialiter mala ne essent aliter bona: atqui Deus non potest tollere obligationem qua homo astringitur ad faciendo quae sunt essentialiter bona et fugienda quae sunt essentialiter mala: aliquem deus posset dare licentiam faciendi quod per se malum est quod absit ut de Deo cogitemus

## Solvuntur Objones

**Objicies 1°** polygamia est juri naturali prohibita, atque Deus ab ea dispensavit cum judaeis in veteri testamento ergo &c

*N. maj* licet enim polygamia sit contra veligionem Christianam atque etiam contra legem latam ab ipso Deo in creatione quatenus masculum unum et foeminam unam creavit ut scilicet duo fovent in carne una: illud tamen non est contra legem naturalem quia nullum in polygamia violatur naturae praeceptum proindeque Deus potuit aliter instituere in dicto testamento

**objicies 2°** bonorum communio est de lege naturali atqui haec communio sublata fuit legibus positivis ergo &c.

*N. maj* nam illud non est de lege naturali ad quod lex naturalis non obligat atqui ad communionem bonorum lex naturalis non obligat sed eam tantum non permittit modo nihil obstet proindeque nullum jus proprie loquendo habemus in bona —

terrestria

**objicies 3°** libertas seu independentia unius hominis ab alio homine est de lege naturali atqui haec independentia destructa fuit per leges positivas ergo &c

**N. maj** potest quidem homo esse aliquo independens sed illud essentialiter non postulat, neque hoc de facto est essentialiter enim ita ut contrarium sit malum immo ex lege naturali homo in quibusdam circumstantiis pendet ab alio homine sic filius pendet a patre a quo generatur et nutritur. aegrotus a medico a quo curatur et sanatur denique discipulus a magistro a quo instruitur et docetur

**objicies 4°** praecepta de non occidendo innocente, de non furando et non soluendo matrimonium sunt praecepta legis naturalis atqui deus olim dispensauit ab illis praeceptis primo quando praecepit Abrahae ut occideret filium suum innocentem. secundo quando iussit iudaei ut a aegyptiis vasa argentea. tertio quando idem iudaeis praemisit deus ut darent suis uxoribus libellum repudii.

**N. mino** in exemplis enim allatis deus non propriè soluit obligationem legis naturae sed materiam substulit primo quando deus praecepit Abrahamo ut filium suum occideret non intendebat deum contemnere in homicidium quod lege naturali prohibetur nullum est enim homicidium cum debitum

ex aliquem occidere alqui propter mandatum Dei
oportebat Isaac occidi qui a deus ob supremus virtus
et meus Dominus nec ullus innocens coram illo ne
quidem infans unius Diei si vero habeatur peccati
originalis a quo nemo nascitur immunis. Secundo
Deus non pervicisset suorum quando illo jubente
judæi abstulerunt vasa ægyptiorum is enim non
furatur qui id sibi tantum vindicat in quod jus
et dominium habet alqui tales fuerunt judæi quando
sustulerunt vasa ægyptiorum Deus enim ipsis contu
lerat jus et dominium in ægyptiorum bona quod a
Deo fieri posse nemo negabit cum sit universorum
Dominus et possit cui libet bonis omnia auferre
et cui voluerit dare. tertio libello repudii Deus
non dispensavit a lege naturali Deus enim non
vadidit præceptum quo dispensaventur judæi a
lege non dissolvendi matrimonii sed tantum minus
malum permisit seu noluit ut a judicibus
secularibus animadverteretur in eos qui davent
uxoribus suis libellum repudii ut scilicet majori
malo nempe uxoricidio obviam iretur nempe
responsio apprime congruit his Christi Domini
verbis apud Matthæum Capite 19 ubi agitur
de libello repudii Moyses propter Christus, ad
duritiem cordis vestri permisit vobis dimittere
uxores vestras a principio autem non fuit sic

# De Lege Positiuâ

Lex positiua est ea quæ pendet ex libera legislatoris voluntate ni quo differt a lege naturali; quæ de se et essentialiter bona sunt aut mala, ea pertinent ad legem naturalem quæ vero sunt indifferentia ea sunt legi positiuæ

Lex positiua præcipit, permittit, et vetat præcipiendo non facit bonam permittendo relinquit indifferentem vetando reddit malam quapropter potest quis propter justam causam dispensari a lege positiua

Cum lex positiua pendeat a libera legislatoris voluntate et legislator sit vel Deus, vel homo: hinc duplex nascitur lex positiua nimirum diuina et humana

# De lege Positiuâ diuinâ

Lex positiua diuina est ea quæ data est ab ipso Deo ad diuigendos homines. Jam vero ex Apostolo Capite 1° Epist. ad Hebræos. Multi fariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit et sæcula: hæc lex

Divina duplex, alia vetus seu Mosaïca quam Deus
Dedit Patribus per Prophetas, alia nova seu Christi quam dedit
filiis per filium, prior continetur libris veteris Testa-
menti, posterior in novo testamento

Quæritur ubi 1° unum lex vetus reneva fuerit a Deo

Respondeo extra controversiam quosdam Hæreticos nomine
Manichæos qui assuevunt malam fuisse legem vete-
rem, et a malo genio originem traxisse: sed impia est
hæc opinio et solis Manichæis digna, qui duo admit-
tebant principia æterna alterum boni alterum mali
2° lex vetus licet imperfecta, attamen bona fuit
et a Deo profecta est. 1° quia erat non solum testi-
monium, sed etiam præparatio Christi venturi 2°
quia Christus eam implevit, dum inter homines ver-
satus est: unde sua morte debellavit potius legem
veterem perfecisse, quam destruxisse: Juxta illa
{verba scriptura; Non veni solvere legem sed
adimplere}

Quæritur 2° quo tempore lex vetus defecit?

Respondeo legem veterem cessasse eo temporis momento
quo Christus expiravit quia ex Apostolo ad Hebræos
{Translato Sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat}
alqui quando Christus expiravit translatum fuit Sacer-
dotium: {si quidem Christus moriens tanquam Sacerdos
secundum ordinem Melchisedech se ipsum pro peccatis
nostris, inquit Apostolus Gotham patri obtulit et una
oblatione consummavit in æternum Sanctificatos.}

Deinde lex vetus defiit quando noua uigere cœpit: alqui statim a morte Christi lex noua cœpit uigere; quia nouum testamentum seu lex Christi debuit uim habere, statim alquemors testatoris intercessit; si quidem testamentum in mortuis confirmatur

Obserua tamen quic non esse intelligendum statim a morte Christi legem veterem mortiferam fuisse id est, non potuisse obseruari sine peccato; nam ut recte probat augustinus aduersus Hyeronimum debuit aliquantulum temporis intercedere ad promulgationem Euangelii, quo quidem tempore potuit lex vetus sine peccato obseruari, ut ait quippe inquit augustinus, cum honore sepelienda synagoga.

Dices lex vetus non defiit antequam opus redemptionis nostræ fuit absolutum; alqui ante resurrectionem Christi opus redemptionis non fuit absolutum: si quidem ex apostolo: resurrexit Christus propter justificationem nostram

R. nimo. nam hæc verba apostoli, non eo sensu sunt intelligenda, quasi Christus resurgendo aliquid pro nobis meritus sit, sed quia resurrectio Christi a morte ad vitam fuit exemplar nostræ resurrectionis a peccato ad gratiam; juxta illud ejusdem apostoli; ut sicut Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate vitæ ambulemus

præterea ex conditione viatoris quæ necessaria est ad merendum constat Christum nihil promeritum fuisse post mortem

Quæritur 3.° quænam sint veteris legis præcepta?

Respondeo triplicia generis fuisse præcepta legis veteris scilicet moralia, cæremonialia, et Judicialia

Præcepta moralia sunt ea, quæ spectant ad mores, nempe nostrum erga Deum, et Homines officium, hæque numerantur his versibus comprehensis

{ unum Crede Deum, nec jures vana per ipsum
Sabbatha sanctifices, Habeas in Honore parentes.
non interfector sis, fur, moechus, neque mendax
alterius sponsam, nec rem cupias alienam }

Enim-vero obligamur Deo et Hominibus. Deo autem debemus 1.° fidelitatem. Hinc unum Crede Deum 2.° reverentiam. Hinc ne jures vana per ipsum 3.° obsequium, Hinc Sabbatha sanctifices. Hominibus debemus etiam aliquid, sine particulari quodam titulo; Hinc, Habeas in Honore parentes, sine generali, nempe omnibus Hominibus, quibus nefas est nocere, opere verbo, et cogitatione. opere quidem non licet alteri nocere, neque quoad ejus personam, quare non interfector sis; neque quoad ejus uxorem, Hinc moechus neque quoad ejus opes Hinc fur. pariter verbo non est alteri nocendum, Hinc mendax. denique cogitatione nemo debet alteri injuriam facere, unde illa verba. alterius sponsam, nec rem cupias alienam.

Observa ea præcepta sic disponi, ut quo propius ab ultimis ad prima accedatur, eo, peccatum, quo violantur cæteris paribus gravius censeatur. Hinc infidelitas quæ contra primum præceptum militat

est omnium peccatum gravissimum

Præcepta cæremonialia sunt ea quæ docent quomodo colendus sit Deus, per sortã, sacrificia et altaria

Judicialia sunt ea quæ docebant formam judiciorum a judæis observandam

Præcepta tum judicialia, tum cæremonialia quoniam ad solos judæos pertinebant, abrogata fuerunt per legem novam quæ umbras et figuras veteris testamenti destruxit, locus sententiarum de præceptis movalibus

Quod spectat ad legem novam seu Evangelicam est ea ex dictis quæ continetur novo testamento et quam Deus Dedit filiis per Filium.

Lex nova seu Evangelica pluribus titulis præstat veteri legi. 1° quia autorem habet Christum qui per se metipsum dignatus est esse noster legis lator; cum per Angelos Deus veterem legem tradidisset. juxta illa apostoli verba ad Hæbræos superius laudata: multifariam multisque modis olim Deus loquens &c 2° quia lex vetus tantum exteriores pollicebatur bona 3° quia exteriores tantum actus dirigebat interiores vero non attingebat: at vero lex nova æternam felicitatem promittit et hominem non exterius modo sed etiam interius ad præceptorum observationem disponit.

Praeterea lex nova tota amor est Charitas et spiritus, lex autem vetus littera et timor Juxta illud Apostoli idoneos nos fecit ministros novi testamenti, non littera, sed spiritus; littera enim occidit spiritus autem vivificat; unde Augustinus differentiam legis et Evangelii, timor et amor

# De Lege Positiva Humana

Lex humana est ea quae sancitur ab hominibus et duplex est nimirum civilis et Ecclesiastica.

Lex Ecclesiastica est ea quae pertinet ad administrationem Reipublicae Christianae, continetur que sacris conciliorum praesertim generalium canonibus, sanctorum patrum sententiis et Romanorum pontificum decretis et constitutionibus seu ut vocant decretalibus.

Lex civilis est ea quae res civiles et temporales spectat, fertur ab imperatoribus, Regibus, et ab iis omnibus qui caeteris praesunt et imperant

Variae assevi solent legis mutationes quarum praecipuae sunt abrogatio derogatio &c de quibus diximus dum agebatur de lege generatim.

Quaeritur 1° utrum leges humanae obligent in conscientia

Respondeo affumative tum quo ad leges Eccle-
siasticas tum quo ad leges civiles ut patet ex
eis apostoli verbis ad Romanos Capite 13° omnis
anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non
est enim potestas, nisi a Deo .... Itaque qui resistit
potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt
ipsi sibi damnationem acquirunt .....
Ideo necessitate subditi estote non tantum propter
iram sed propter conscientiam: id ilevum probatur
de legibus Ecclesiasticis deüteronomii Capite 17°
Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio
qui eo tempore ministrat domino Deo tuo et decreto
judicis morietur homo ille et auferes malum de
Israel Illud idem probant hæc christi verba
ad Apostolos Lucæ Capite 16° Qui vos audit me
audit, at qui vos spernit me spernit et Matthæi
Capi 18 Versu 17 Si autem Ecclesiam non audi
erit sit tibi sicut Ethnicus et Publicanus
Quæres 2° an legislator suis teneatur legibus
Respondeo negative ratio est quia duo in lege
sunt observanda tantum scilicet vis coactiva at
vis directiva primo non tenetur suis legibus quo
ad vim coactivam Nemo enim potest se ipsum
cogere cum coactio brevi debeat repugnante vo
luntate. porro si legislator suis teneretur legibus
quo ad vim coactivam deberet se ipsum posse

cogeve quoniam lex en penes ipsius arbitrium
secundo non teneatur suis legibus quo ad eum direc
tuam, cum enim possit a lege sua dispensare
si contra legem agat censetur se ipsum dispen
sasse

DICES legislator peccat non servando suam
legem ergo sua lege tenetur

DIST antecens peccat contra legem naturalem
qua princeps tenetur subditis praeire exemplo
conc antecens peccat praeire contra legem suam N.
antecens ergo &c.

# Primæ Partis

# Ethicæ

# finis




S.t THOMAS Nacquit en Italie lan 1220 des Comtes d'Aquin, il est Iustement appellé le Prince des Theologiens et l'Ange de l'ecole puisque sa Doctrine fut approuée par la bouche de I Chrit jl mourut en 1274 allant au Concile de Lion en France.

Paris Chez Vallet

SORBONNE

# Secunda pars Ethicæ

## De Principiis intrinsecis Actuum Humanorum

**Principia** intrinsecæ actuum humanorum dicuntur ea quæ sunt intra nos posita et duplicia — distinguuntur: genevii scilicet congenita et acquisita congenita sunt dispositiones genevales; acquisita sunt habitus propria labore comparati. primo agendum est de principiis congenitis postea dicemus de acquisitis

## De Principiis congenitis Actuum Humanorum

**Principia** actuum humanorum congenita sunt ea quæ in nobis a naturâ inesse intelliguntur solentque appellari potentiæ morales quia concurrunt ad actiones bonas et malas moraliter

Quatuor præcipue numerantur scilicet intellectus voluntas imaginatio et appetitus sentiens

Intellectus consideratur hic quatenus est facultas animæ rationalis qua cognoscuntur regulæ actuum humanorum et propositus voluntati bonum insensile quod amet et malum pariter insensile quod aversetur

Voluntas est facultas animæ rationalis quæ bonum insensile sibi ab intellectu proposituum prosequitur et malum pariter insensile auersatur

Imaginatio est facultas partis inferioris hominis quæ repræsentat bonum aut malum sensibile

Appetitus sentiens est facultas partis inferioris hominis quæ prosequitur bonum et auersatur malum sensibile

Obserua duplicem ibi in homine distinguit partem nempe superiorem et inferiorem · in superiori residunt intellectus et voluntas; in inferiori vero remanere intelliguntur imaginatio et appetitus sentiens quæ tamen duæ ultimæ facultates nihil aliud sunt quam intellectus et voluntas quatenus versantur circa objecta sensibilia

Præter quatuor illas facultates generales variæ in anima agnoscendæ sunt impressiones quæ sunt vel sensationes; vel passiones, vel ideæ.

Quando motus appetitus sentientis conjunguntur cum vegement sanguinis commotione aut alia quauis modificatione corporis satis insigni vocantur passiones secus

retinent nomen sensationum, passionibus homo maxime occupatur circa sensibilia.

Sensationes passiones et ideas varia subsequuntur judicia primo judicium speculativum secundo practicum sed generale tertio practica practicum

Judicium speculativum est illud quo unum de alio dicitur sine ulla agendi intentione tale est istud judicium totum est sua parte majus

Judicium practicum sed generale est illud quo generatim judicatur aliquid esse agendum vel non agendum talia sunt ista judicia deus est amandus alteri non est nocendum

Judicium practice practicum est illud quo judicatur hic et nunc absolute et simpliciter aliquid esse agendum vel non agendum ita ut applicemur ad agendum VG cum quis charitate inflammatus hic et nunc judicat hujusmodi pauperibus esse largiendum et statim largitur

intellectus et imaginatio sunt principia actuum humanorum quatenus repræsentant voluntati et appetitui sensitivo bonum quod prosequuntur et malum quod adversantur

Voluntas et appetitus sentiens actuum humanorum quatenus bonum prosequuntur et malum aversantur jam vero quatuor illæ facultates alternis vicibus se invicem movent

Primo facultatem variis modis posse moveri. Homo moveri potest vel ad speciem vel ad exercitium tunc facultas movetur ad speciem quando movetur ad

actum unius speciei potius quam ad actum alterius speciei V G. ad amorem potius quam ad odium tunc movetur ad exercitium quando movetur ad agendum potius quam non agendum Secundo facultas potest movere politice vel despotice tunc facultas movetur despotice quando resistere non potest sic calamus movetur a manu tunc movetur politice quando motioni resistere potest sic auditor movetur ab oratore tertio facultas movere potest vel directe vel indirecte tunc movetur directe quando immediate movetur tunc movetur indirecte quando movetur alterо — mediante

Observa 1° impressiones et judicia quae subsunt tantum movent voluntatem non tantum quoad speciem sed etiam quoad exercitium; ad hoc satis est, quod voluntas agere non possit sine praevijs impressionibus et judicijs: aliqui resistere scabel si quidem ignotum nulla est cupido et ingit est volitum nisi prius sit cognitum vel saltem cognitum videatur

Observa 3° si excipiatur impressio quae in nobis est versus beatitudinem in communi quam scilicet voluntas necessario amat et prosequitur Omnes aliae impressiones et judicia movent voluntatem politice quia voluntas huic motioni resistere potest

{ nam unusquisque tentatur quidem a concupiscentia sua abstractus et illectus inquit Jacobus Capite 1° Versu 14° sed voluntas potest illis motibus non obtemperare }

Observa 4° voluntas intellectum, imaginationem et appetitum sentientem vicissim movet et illis imperat 1° imperat intellectui et imaginationi quatenus per voluntatem homo unit animum adjungere ad aliquod objectum ut hoc potius quam aliud meditetur et cogitet 2° imperat appetitui sensitivo juxta illud Scripturæ Sacræ Sub te erit appetitus tuus et tu dominaberis illius licet enim ut dictum est supra Cavo concupiscat adversus spiritum licet lex carnis repugnet legimentis potest tamen voluntas non consentire immo aliquatenus sedare et coërcere illos motus removendo scilicet objecta quæ sunt occasiones illorum motuum et se convertendo ad alia

Observa denique 1° voluntas imperat politice intellectui, imaginationi et appetitui sensitivo quia illæ facultates sæpe resistunt imperio voluntatis 2° despotice imperat facultati motrici pedum et brachiorum quia hæc facultas motrix non resistit imperio voluntatis 3° imperat directe intellectui imaginationi et facultati motrici quia quosmodi facultatibus imperat sine ullius facultatis intervenientis 4° voluntas imperat appetitui sensitivo et sensibus exterioribus indirecte quia illis imperat mediate et per aliud appetitui quidem sensitivo per imaginationem et sensibus exterioribus per facultatem motricem agimus sic præ sertim de voluntate quia potiores partes obtinet

in productione actuum humanorum.

Voluntas est facultas animae rationalis qua volu
mus vel nolumus id quod judicatum fuit bonum
vel malum. Jam vero voluntas spectari potest
vel quatenus est voluntas vel quatenus est libera

# De Voluntate quatenus est voluntas

Quod fit a voluntate, quatenus est voluntas, illud dicitur voluntarium

Voluntarium definitur ab Aristotele id quod fit a principio intrinseco cognoscente singula in quibus est actio

1° dicitur, a principio intrinseco, ut distinguatur a violento quod fit a principio extrinseco cogente, ut cum quis ducitur in carcerem

2° dicitur, cognoscente, quia ad voluntarium requiritur cognitio, si non praesens, saltem possibilis et debita

3° dicitur, singula in quibus est actio, id est, objectum, finem, circumstantias, et cetera hujus modi, quae hoc versiculo continentur

{Quis? quid? ubi? quibus auxiliis? cur? quomodo? quando?}

Quis? designat personam an patrem, an filium, an rex, an subditus?

Quid? designat Speciem achonis an furtum an homicidium

Vbi? designat locum, an sacer, an profanus;

Quibus auxiliis? significat socios et consortes achonis

cur? denotat motivum achonis cur occidevit v.g. an propter alapam, an propter vitam tuendam.

Quomodo? designat modum quo acho perpetrata fuit; v.g. an quis alterum occidevit si cavionum ~~no~~ move, an vim vi repellendo

Quando significat tempus achonis, an diu, an noctu; die festo, an feriali?

Observa quamvis dicatur in definitione voluntarii, a principio cognoscente singula in quibus est acho: attamen necesse non est 1° ut qui agit actu cognoscat; satis est quod potuevit et debuevit cognoscere 2° sufficit quod cognoscat præcipuas achonis circumstantias, ut acho censeatur voluntaria.

Varias attulimus voluntarii species et divisiones, quæ repetenda sunt ex compendio, non nullas tamen hic addemus

Voluntarium distinguitur duplex scilicet objectivum et formale.

Voluntarium formale est ipsa acho voluntaria et duplex est scilicet Elicitum, et imperatum

Voluntarium Elicitum est acho ipsius voluntatis ab ipsa immediate proficiscens talis est

amor et odium

**Voluntarium** impravatum est actio quælibet alterius facultatis, quæ non a voluntate sed ex voluntatis impetio exercetur, talis est motio linguæ, manûs et pedum, quæ ad voluntatis impetium fieri solet.

**Voluntarium** objectivum est objectum voluntatis et duplex distinguitur nempe directum et indirectum,

**Voluntarium** directum est illud, quod inse præcisè volitum est V.G. Ebrietas quam vult intemperans

**Voluntarium** indirectum est illud, quod non inse præcisè volitum est, sed in suâ causâ; V.G qui scit, cum Ebrius est, solere rixari, et blasphemias euomere, si Ebrietatem intendit consetur intendere indirectè rixas et blasphemias. quapropter qui in proximis occasionibus manent, ii dicuntur peccatum intendere indirectè

**Voluntario** opponitur involuntarium, cujus variæ species referuntur in Compendio:

**Quæritur** ibi utrum voluntas cogi possit? quæ quæstio ut soluatur

**Observa** 1° aliud est voluntatem cogi, aliud voluntatem necessitari, ut voluntas necessitetur satis est quod sit antecedenter determinata etiam si non reluctetur. ut vero voluntas cogi censeatur, aliquid fieri debet ipsa reluctante V.G. voluntas beatorum in cœlis necessitatur quidem ad amorem Dei, sed non cogitur

2° duplicis generis &c distinguuntur actus voluntatis, scilicet Elicti et imperati ut jam supra dictum est

actus Elicti sunt ii, qui a voluntate immediate proficiscuntur et exercentur; talis est amor tale est odium

actus imperati sunt ii, qui a voluntate immediate non proficiscuntur, et exercentur, sed fiunt ab aliis potentiis quæ illius imperio subjacent; seu quæ ex naturâ suâ non debebant agere nisi ad nutum voluntatis —

Docuit Calvinus voluntatem cogi posse etiam in iis actionibus, quæ ab ipsâ immediate proficiscuntur, ita ut homo agitetur a Deo quemadmodum Equus impellitur a Lessore, calcaribus admotis, immo asserebat ille hæreticus, non esse in nobis propriæ voluntatem; quia, inquiebat, homo est quid mere merum, et obsurum; Deusque omnia agit in nobis sine nobis; hanc eandem opinionem docuerat Lutherus, sed postea eam revocavit. contra hos hæreticos sit

# Conclusio 1.ª

**Voluntas** non potest cogi quoad actus Elicitos

**Probatur** nam voluntas cogi non potest nisi quoad actus qui brevi possunt, ipsâ invitâ: atqui nullus actus Elicitus brevi potest invitâ voluntate: quod enim semper fit juxta inclinationem voluntatis, id brevi non potest invitâ voluntate. atqui omnis actus Elicitus

semper fit juxta inclinationem voluntatis, cum sit formaliter ipsa voluntatis actio et volitio, ut patet exemplo amoris et odii. Ergo &c.

## Solvuntur Objectiones

**Objicies** amor est actus elicitus voluntatis; atqui voluntas potest cogi quoad amorem, nam voluntas potest cogi quoad amorem quando potest amare contra inclinationem suam: atqui Deus facere potest ut voluntas amet contra suam inclinationem; V.G. potest efficere ut quis amet suum inimicum. Ergo &c.

**R. minor.** ad cujus probationem dist. maj voluntas potest cogi, quando potest amare contra inclinationem suam, actualem et præsentem conc. maj. habitualem et præteritam **N. maj**: atqui &c. Distincta pariter minore **N. cons**. ām.

**Itaque** Deus facere potest ut voluntas aliquid amet contra inclinationem suam; ipse est enim, ut ait apostolus, qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate qui nos facit, ex nolentibus volentes, ex repugnantibus consentientes; qui a cor Regis in manu Dei est inquit augustinus et quocunque voluerit, vertet illud, non quidem ferreis vinculis alligando, sed intus movendo, et corda nostra piissime mulcendo. Cujus rei habemus lucculentissimum in Paulo exemplum qui dum persequ

prosequeretur Ecclesiam Dei, et Damascum profiscereturo
spiritus minarum, statim coepit Christum amare. sed
tunc voluntas non cogitur, nec agit contra actualem et
praesentem inclinationem; agit tantum contra inclina-
tionem praeteritam aut habitualem, sed id non impedit
quominus actio voluntaria sit voluntaria et volita.
instabis atqui voluntas, potest agere aliquid contra
inclinationem praesentem et actualem. nam saepe
mercator metu periculi projicit merces in mare.
atqui id fit contra propensionem actualem, et prae-
sentem voluntatis. Ergo &c.
N. subsumptum. ad cujus probationem Distingo
min. id fit contra inclinationem actualem minus
praecipuam et minus efficacem Conc. min. contra incli
nationem efficacem et praecipuam N. min. Ergo &c.
Distincto pariter consequente N. consequam
Itaque mercator qui projicit qui projicit suas
merces in mare metu naufragii, agit quidem contra
propensionem et inclinationem actualem quam habet
conservandi suas merces; sed haec propensio licet
praesens, attamen inefficax est, et minus praecipua
adest enim alia efficacior et magis praecipua secun-
dum quam agit, scilicet inclinatio conservandae
vitae, quam putat conservari non posse nisi pro
jiciantur merces: quapropter eligit conservatio
nem vitae, et haec actio voluntaria est immo libera.

Instabis. Si qua ratio probavet voluntatem non posse cogi quoad actus Elicitos, maxime quia non potest idem objectum simul odisse et amare: atqui voluntas potest idem objectum et amare et odisse simul, velle et nolle. Ergo &c.

Dist. maj. maxime quia non potest voluntas idem objectum simul odisse et amare, sub uno et eodem respectu conc maj sub diverso respectu N. maj. atqui &c. Distinctâ pariter minore N. conseam.

## Conclusio 2a.

**Voluntas** potest cogi quoad actus impevatos

Probatur nam voluntas potest cogi quoad illos actus, qui possunt fieri invitâ et reluctante voluntate: atqui actus impevati, possunt fieri invitâ et reluctante voluntate, nam actus impevati sunt illi qui non exercentur immediate a voluntate, sed a potentiis quæ subjacent imperio voluntatis quali est motio manuum et pedum: atqui illi actus aliquando fiunt, invitâ et reluctante voluntate ut contingit in homine qui invitus traditur in Carcerem. Ergo. &c.

Quæritur hinc utrum dentur quædam voluntarii impedimenta? quibus positis tollatur ratio voluntarii

Respondeo ita esse; hæc autem impedimenta tria vulgo numerantur scilicet ignorantia, metus, et

concupiscentia, de quibus libet seorsim agemus.

# De Ignorantiâ

Ignorantia genevatim est ablentia cognitionis, et duplex est scilicet negativa et privativa

Ignorantia negativa est caventia cognitionis debitæ, ut ignovantia juvis civilis in rustico homine

Privativa est caventia cognitionis debitæ, ut ignovantia juvis in Magistratu prior culpâ vacat, secus posterior

Ignorantia duplex præterea distinguitur scilicet juvis, et facti,

Ignoranta juvis, est ignovantia legis latæ et alicui quid prohibentis. VG. venatorem in aliquo loco

Ignorantia facti, est ignovantia rei quæ acta est vel agitur ut ignovantia homicidii quod perpetratum fuit aut perpetratur.

Deinde triplex distinguitur ignovantia scilicet antecedens, concomitans, et subsequens

Ignorantia antecedens est ea quæ non est voluntaria, et est causa facti, talis est ignovantia hominis qui amicum in venatione occidit putans occidere feram.

Ignorantia concomitans est ea quæ neque

voluntavia est, neque causa facti ut cum quis inimi-
cum occidit putans fevam occidere

Ignorantia subsequens est ea quae no luntavia est
sive sit facti [illegible], sive non sit et duplex est, alia
affectata, alia evassa;

Ignorantia affectata est ea, quae formaliter et
explicite volita est, ut cum quis non vult discere quae
sunt sui officii, nec ea adimplere teneatur.

Ignorantia evassa est ea, qua quis veteno quo-
dam torpens, negligit discere et audire quae sunt
sui officii

Denique alia ignovantia dicitur vincibilis, alia
invincibilis

Ignorantia invincibilis est ea, quae adhibitâ dili
gentiâ moraliter possibili superari non potest

Ignorantia vincibilis est ea, quae adhibitâ dili
gentiâ moraliter possibili potest superari si pro-
pponitur sit.

## Conclusio 1.a

Ignorantia invincibilis excusat a
peccato proinde quae impedit ne actus sit vo-
luntavius.

Probatur nam ignovantia invincibilis est
ea quae adhibita diligentiâ moraliter possibili
vinci non potest: atqui ejusmodi ignovantia excu-
sat a peccato: ad hoc satis est quod nullus sensu

teneatur peccare in eo quod vitare non potest: alqui
res ita se habet; cum nemo ad impossibile teneatur;
sine dum quis intendit venandum suum amicum occidat
in dumis latitantem, putans occidere feram, non peccat;
quia tunc laborat ignorantia quæ diligentia moralis
vinci non potuit

Quod spectat ad ignorantiam vincibilem, propter
oppositas rationes non excusat a peccato

## Conclusio 2.a

Non datur ignorantia invincibilis juris
naturalis.

Probatur nam jus naturale est illud ad quod omnes
naturâ duce, tenemur; et quod quisque scire debet
quale est istud; alteri ne fecerit, quod sibi fieri non
vis unde sequitur non esse occidendum, neque furan-
dum, neque alteri mentiendum: atqui non datur igno-
rantia invincibilis illius ad quod omnes, naturâ duce
tenemur, et quod quisque scire debet; nam si dare-
tur ejusmodi ignorantia, Deus impossibilia juberet
alqui id dici non potest ut patet ex Sti concilii
Tridentini verbis. Deus impossibilia non jubet,
sed jubendo monet facere quod possis, et adjuvat
ut possis ergo &c

Quod spectat ad ignorantiam antecedentem et
concomitantem sit

## Conclusio 3.a

Ignorantia antecedens et concomitans tollunt voluntavium.

Probatur: nam ignorantia tum antecedens tum concomitans est ea, quæ adhibitâ diligentiâ morali vinci non potest, et est eorum, quæ non debemus scire: atqui ignorantia eorum quæ scire non debemus et quæ adhibitâ diligentiâ morali, vinci non potest, tollit voluntavium. nam ibi nullum est voluntavium, ubi nulla est cognitio actualis aut possibilis. Ergo &c.

Observa ibi illud discriminis esse inter ignorantiam antecedentem et ignorantiam concomitantem: quod qui laborat ignorantiâ antecedente præviam factam accedente cognitione doleat de facto, unde et in actione, et post actionem excusatur a peccato, ut videre est in homine, qui venationi indulgens occidit amicum suum putans occidere feram. contra qui laborat ignorantiâ concomitante, post rem factam accedente cognitione gaudet et delectatur re commissâ: unde licet in actione excusetur a peccato, attamen post actionem accedente cognitione peccat, ut constat exemplo hominis, qui inter venandum occidere vel infensissimum hostem, putans occidere feram.

## Conclusio 4.a

Ignorantia consequens non tollit voluntavium.

Probatur nam illud non tollit voluntarium quod non impedit quominus actio sit saltem indirecte volita: atqui ignorantia consequens non impedit quin actio sit saltem indirecte volita. nam ignorantia consequens est ea, qua quis non vult, aut saltem negligit scire, quæ sunt sui officii, ne scilicet ea adimplere teneatur; qualis est ignorantia in homine, qui non vult, aut negligit edoceri legem, quæ præcipit jejunium, ne teneatur a cibis abstinere: atqui hæc ignorantia non impedit quominus actio sit volita, saltem indirecte, ut patet. quapropter quæ fiunt ex illa ignorantia non excusantur a peccato; sed reputantur ad culpam et ad pœnam. Ergo &c.

## Solvuntur Objecta

Objicies illud non debet dici voluntarium quod non est volitum: atqui quod fit ex ignorantia consequente non est volitum Ergo &c.

Dist maj. illud non debet dici voluntarium quod non est volitum, neque in se, neque in suâ Causâ Conc maj. in se tantum N. maj. alqui &c. Distincto pariter mino. N. conseam.

Itaque aliquid potest esse volitum duobus modis vel in se, vel in suâ causâ.

Illud est volitum in se, quod præcise et expresse intenditur a Voluntate. V.g. sanitas in se præcise

volita est, quia expresse intenditur ab homine agvolante

Illud est volitum in suâ causâ quod in se proxime et propriè non intenditur sed in alio a quo sequitur

Equidem illud non debet dici voluntarium quod neque directè, neque indirectè; id est, neque in se, neque in sua causâ volitum est: at vero illud debet dici voluntarium, quod licet in se et directe non sit volitum, attamen volitum est indirecte et in sua causâ

Porro quod fit ex ignorantia consequente, non est quidem in se directe volitum, quia non est in se cognitum: at vero volitum est indirecte, et in suâ causâ V.G. qui non vult, aut saltem negligit adesse missæ parochiali, et postea legem abstinentiæ violat, is censetur velle saltem indirecte violationem legis abstinentiæ, quia qui vult causam, censetur velle effectum.

Instabis atqui licet voluntas velit et intendat causam, quod sequitur ex causa, non debet dici volitum neque indirecte. nam supponatur Petrus in venatione occidisse hominem in vepribus latentem, dum volebat occidere feram, in hâc hypothesi Petrus vult et intendit causam occisionis illius hominis, scilicet emissionem glandis plumbeæ; attamen non censetur velle mortem hominis

N. subsumptum ad cujus probationem Dist maj

petrus vult et intendit causam occisionis illius hominis scilicet emissionem glandis plumbeæ, nec prævidet nec prævidere debet inde secuturum esse occisionem illius hominis conc. maj. secùs N. maj. atqui &c concessâ min. Dist. consequens, licet quis velit et intendat causam; quod ex causâ sequitur, non debet dici volitum; nequidem indirecte, si qui agit, nec prævidit, nec prævidere debuit inde secuturum esse occisionem illius hominis conc. conf. secùs N. Itaque illud discriminis est inter petrum qui venando occidit hominem in sylvâ delitescentem putans occidere feram, et eum qui violat legem abstinentiæ 1° quod is noluit aut neglexit adesse concioni parochiali 2° quod adesse debuit, adeoque potuit et debuit suam expellere ignorantiam; unde hæc ignorantia evasa est et affectata. contra Petrus, nec debuit, nec potuit eam, quâ laborabat, ignorantiam vincere.

# De Metu

**Metus** est perturbatio mentis propter imminens malum

**Duplex** distinguitur metus scilicet gravis et levis

**Metus** levis est ille, qui non cadit in virum constantem, qualis est metus levioris mali

Metus Grauis est ille, qui cadit in virum fortem illumque perfellit, talis est metus mutilationis et sic iterum duplex, alter ita vehemens ut tollat omnem rationis usum; alter vero non ita vehemens quia relinquat rationis usum.

Observa ibi aliud est agere cum metu, aliud agere ex metu. hunc quis censetur agere ex metu quando metus est causa actionis, ita ut sublato metu actio non amplius fieret. sic mercator ex metu naufragii projicit suas merces in mare; hunc quis agit cum metu, quando metus comitatur quidem actionem, sed non est causa actionis; sic fur censetur furari cum metu. non agitur ibi de actione quæ fit cum metu, sed de ea quæ fit ex metu;

## Conclusio 1.a

Metus grauis nec relinquens rationis usum tollit voluntarium.

Probatur nam tunc tollitur voluntarium quando nulla est actio et actualis et possibilis: atqui urgente metu, nullum relinquente rationis usum, nulla remanet actio actualis et possibilis ut patet. Ergo nullum est voluntarium.

# Conclusio 2a

Metus gravis, sed relinquens rationis usum non tollit voluntarium

Probatur. Nam illud non tollit voluntarium quod non impedit, quominùs actio sit simpliciter voluntaria: atqui metus gravis qui relinquit rationis usum non impedit quominùs actio sit simpliciter voluntaria: nam quod non impedit quominùs actio oriatur a voluntate, cum sufficienti cognitione immo cum electione, non impedit quominus actio sit voluntaria simpliciter: atqui metus gravis relinquens rationis usum non impedit quominùs actio oriatur a voluntate, cum sufficienti cognitione immo cum electione: ut patet in mercatore qui metu omittendæ ruinæ projecit merces in mare. Ille enim bono habet cognitionem finis et circumstantiarum immo propriâ voluntate se se determinat ad projiciendas merces. Ergo &c.

## Solvuntur Objectiones

Objicies 1.o quod fit ex ignorantia invincibili illud non est voluntarium; atqui quod fit ex metu, fit ex ignorantiâ invincibili V.G. Mercator qui projiceret suas merces in mari scivit posse se aliter effugere naufragium.

Dist maj. quod fit ex ignovantiâ inuincibili non
est voluntavium, si illa ignovantia sit per se causa
actionis conc maj. si sit tantum causa per accidens
N. maj alqui &c Dist minor quod fit ex metu fit ex
ignovantiâ inuincibili, ita ut ignovantia non sit per
se causa actionis conc minor Secus N. minor Ergo &c

Itaque quando ignovantia inuincibilis, est per se
causa actionis; tunc tollitur voluntavium sed in
præsenti occasione, ignovantia non est per se causa
projectionis mercium, sed tantum per accidens: si enim
Mercator certo scirel se non posse aliter effugere
naufragium, nihilominus suas merces projiceret, et
nullâ tamen laboravel ignovantiâ

Adde quod Mercator accuratè loquendo, non debet
dici projicere suas merces ex ignovantiâ, sed potius
cum ignovantiâ: non enim ignovantia, sed metus Nau-
fragii, est causa projectionis mercium

Objicies 2.° quod fit cum repugnantiâ
illud non est voluntavium: alqui quod fit ex metu
fit cum repugnantiâ; Ergo non est voluntavium

Dist maj quod fit cum repugnantiâ absolutâ
et efficaci, illud non est voluntavium conc maj. v.
inefficaci tantum et conditionatâ N. maj alqui &c
Distinctâ pariter minore N. conseq.

Itaque quod fit cum absolutâ voluntate

repugnantia illud non est voluntarium sic injecto
hominis ut caveretur non est voluntaria quia fit cum
absolutâ et actuali repugnantia voluntatis at vero
illud est voluntarium, quod fit cum repugnantia con-
ditionata tantum, et inefficaci.

Porro quod fit ex metu fit duntaxat cum repugnan-
tia conditionatâ et inefficaci VG mercator projiciens
suas merces in mare non dicit absolute nolo projicere
merces sed dicit tantum nollem projicere merces si
naufragii metus abesset; sed quia ingruit tempestas
et imminet periculum vitae, vult efficaciter merces
projicere, adeoque haec projectio est secundum effica-
cem voluntatis inclinationem et consequenter debet
dici simpliciter voluntaria

Instabis mercator projicit suas merces invitus
ergo illa projectio censeri debet simpliciter involun-
taria

Distantēens Mercator projicit suas merces invitus
quoad causam conc. antēens quoad projectionem ipsam
n. antēens ergo &c. Distingo consēens illa projectio
debet censeri involuntaria quoad causam conc consean
quoad seipsam n. consēam.

Itaque causa extrinseca illius projectionis est omino
involuntaria. Haec enim causae sunt tempestas et
periculum vitae quae accidunt invito et repugnante
mercatore. Sed positis illis causis extrinsecis Mercator

vult suas projiceve nevcess.

**Instabis** quod est voluntarium in causa censetur simpliciter voluntarium: Ergo quod est involuntarium in causâ extrinsecâ, censeri debet simpliciter involuntarium

**R. conseam** et partitatem; ratio disparitatis est quod causa voluntaria pendeat a nobis. causa autem involuntaria extrinseca non pendet quidem a nobis, sed tamen ea positâ illius effectum qui a nobis pendet efficaciter volumus.

**Objicies 3.o** contractus qui fiunt ex metu non obligant. Ergo non sunt voluntarii et consequenter metus reddit actionem involuntariam

**R. conseam** Equidem contractus facti ex metu irriti haberi solent, nec obligant; non quod sint involuntarii, sed quia leges illos irritant causâ publicae securitatis, ut praecludatur via insolentiae et potentiae magnatum, qui suâ aut gravitate abutentes possent ejusmodi contractus ab aliis extorquere

**Observa** tamen ibi non quolibet metu gravi personam levi inhabilem ad contrahendum, aut contractum irritari, sed id tantum contingere, quando metus ab extrinseco principio injuste incutitur. Primo quidem si metus gravis ab intrinseco

principio oviatur, non reddit contractum invalidum;
quapropter valet matrimonium contractum a juvo
ex metu, ne a muliere in sua infirmitate deseratur
2° contractus non redditur invalidus, quando metus
juste incutitur etiam a principio extrinseco. Hinc valet
Matrimonium, quod contrahitur cum Virgine raptâ
in metu mortis a Magistratu proposito
Quæritur an metus relinquens rationis usum
excusat a peccato
Respondeo in iis quæ ex naturâ suâ non
sunt mala, sed tantum ex lege humanâ, sive
civili, sive Ecclesiasticâ, metus excusat a peccato,
unde is non peccavet, qui die Dominicâ metu
mortis non adesset sacro. in iis vero, quæ ex
natura sua mala sunt, et uetantur lege natu-
rali, vel divinâ, qualis est blasphemia, fidei
ejuratio &c. metus non excusat a peccato. Hinc
relgaliter peccavet, qui metu mortis fidem ejuravit,
ratio est quia, quod ex natura sua malum est, non
potest unquam fieri Licitum. —

—

De Concupiscentia

# De Concupiscentiâ

Concupiscentia est motus vege
tans appetitûs sensitiui, circa Bonum sensibile et duplex
distinguitur, scilicet antecedens et consequens
concupiscentia consequens est ea, quæ cognitio-
nem, deliberationem, et consensum voluntatis pertransit
et subsequitur
Concupiscentia antecedens est ea, quæ cognitionem,
deliberationem, et consensum voluntatis antecedit. Hæc
que duplex distinguitur, alia ita ne gemens, ut om-
nem rationis usum tollat, Id est, nec deliberationem
nec cognitionem ullo modo permittat. Qualis est
Jvæ in fuorem conversæ. alia permittit cognitionem
sed deliberationem non permittit
Obserua Sic non agitur de Concupiscentia conse
quente, quæ enim fiunt ex Hâc concupiscentiâ
non modo voluntaria sunt, sed etiam perfectè libera
2° non agitur de Concupiscentiâ antecedente om-
nem usum rationis tollente, Id est, quæ nec delibe
rationem, nec cognitionem, ullo modo permittit
quia ubi nulla est cognitio nec actualis nec possi
bilis, ibi nullum est voluntarium
Itaque disputatur de Concupiscentiâ antece

antecedens, quæ licet permittat cognitionem attamen non permittit deliberationem. Sic positis sit

# Conclusio

Concupiscentia antecedens quæ permittit cognitionem, licet non permittat deliberationem non tollit voluntarium

Probatur nam illud non tollit voluntarium quod non impedit quo minùs actio sit volita: atqui concupiscentia, quæ permittit cognitionem licet non permittat deliberationem, non impedit quominùs actio sit volita V.g. delectatio quâ afficiuntur beati in cœlis, dum vident Deum intuitivè, non permittit deliberationem circa Deum amandum atqui tamen non impedit quo minùs actus, quo beati in Deum feruntur sit maxime voluntarius ergo &c....

El certe ea actio est voluntaria quæ cognita fit juxta maximam voluntatis inclinationem: atqui actio quæ fit ex concupiscentiâ antecedente permittente cognitionem, non vero deliberationem, est actio quæ cognita fit juxta maximam voluntatis inclinationem, quando quidem in hanc actionem totis viribus ruit ipsa voluntas ergo Concupiscentia antecedens quæ permittit cognitionem licet non permittat deliberationem &c.

# Solvuntur Objecta

**Objicies 1.o** quod minuit peccatum minuit voluntarium. atqui concupiscentia minuit peccatum Ergo et minuit voluntarium

**Dist maj** quod minuit peccatum minuit voluntarium specifice sumptum, id est sumptum pro libero conc maj minuit voluntarium genericè sumptum N. Maj atqui &c concessâ minore et distincto consequente ad sensum maj N. conseqm

**Itaque** concupiscentia minuit voluntarium specifice sumptum, id est pro libero, sed non minuit voluntarium, id est, pro actione quæ fit secundum inclinationem voluntatis immo ipsum auget quia relinquit cognitionem et auget inclinationem voluntatis.

**Instabis** quod minuit cognitionem minuit voluntarium etiam genericè sumptum: atqui concupiscentia antecedens minuit cognitionem Ergo &c.

**Dist maj** quod minuit cognitionem eorum quæ aguntur et ad agendum impelluntur, minuit voluntarium genericè sumptum conc maj. quod minuit cognitionem eorum quæ ab agendo ~~de~~ revocare possunt minuit voluntarium genericè sumptum N. maj atqui &c distincta gravitate minore N. conseqm

**Itaque** voluntarium postulat tantum cognitionem eorum quæ aguntur et ad agendum impelluntur

id est eorum in quibus est actio prorro concupiscentia minuit quidem cognitionem eorum quæ ab agendo deberent possent: at vero non minuit, quia potius auget cognitionem eorum quæ aguntur, et ad agendum impellunt, scilicet voluptatis, cæterorumque omnium in quibus concupiscentia potest voluntatem in suas partes trahere

**Objicies 1°** quod fit cum aliqua repugnantia illud est minus voluntarium; atqui quod fit ex concupiscentiâ antecedente, fit cum aliquâ repugnantiâ nam incontinentes sibi displicent, et dolent de concupiscentiæ negligentiâ, nec prius crimen admittunt quam facti ipsos pœniteat Ergo &c.

**Dist maj** quod fit cum aliquâ repugnantiâ concomitante seu permanente in ipso actus exercitio; illud est minus voluntarium Conc maj cum aliqua repugnantiâ antecedente et subsequente tantum N. maj atqui &c Distincta minore N. concean.

**Itaque** quæ fiunt ex concupiscentia antecedente sæpe fiunt cum aliquâ repugnantiâ antecedente et consequente, sed non fiunt cum aliqua repugnantia concomitante et permanente in ipso actus exercitio. Enim vero quæ fiunt secundum inclinationem præsentem voluntatis illa non fiunt cum repugnantiâ concomitante et permanente in ipso actus exercitio: atqui quæ sunt ex concupiscentia antecedente pervagantur secundum præsentem voluntatis

inclinationem. id quisque satis propria experientia
compertum habet

Instabis Saepe incontinentes medios in epulis et
voluptatibus dolent et contristantur. Ergo quae fiunt
ex concupiscentia antecedente fiunt cum repugnantia
concomitante et permanente

Dist antecens incontinentes contristantur et dolent
medii in epulis et voluptatibus de effectu actionis
quae fit ex concupiscentia Conc antecens de ipsa actione
quae fit ex concupiscentia N. antecens Ergo &c Nego
consequens

Itaque Saepe numero incontinentes contristantur
et dolent medii in epulis; sed haec tristitia et dolor
non est de ipsa actione incontinentiae sed potius
de impensis et poenis incontinentiam subsequentibus
unde quae fiunt ex concupiscentia fiunt quidem
cum repugnantia concomitante de ipso incontinen-
tiae effectu; non vero cum repugnantia quae fit de
ipsa actione

# De Libertate

## Quadruplex praesentem Sententia circa libertatem numerari potest

Prima est Lutgeri et Calvini qui libertum arbitrium sustulerunt omnino, asserentes hominem insuperabili quadam necessitate determinari ad bonum, et ad malum: sine justa illos haereticos libertum arbitrium in homine esse titulus. Sine re: attamen ne odium bonorum omnium sibi conciliarent, retinentes libertatis arbitrii nomen, dixerunt illud stare posse cum necessitate coeca, id est, quae non oriatur ex cognitione, in qua quidem sententia actiones humanos primos motus qui nullam praesupponunt deliberationem et cognitionem sunt liberi. Hos errores damnavit Synodus Tridentina.

Secunda sententia est nonnullorum qui libertum et voluntarium promiscue sumunt docentque posse cum libero arbitrio stare necessitatem quae ex cognitione oritur, quare asserunt actus vel necessarios qui oriuntur ex cognitione esse liberos, qualis est actus quo Beati in coelis Deum amant; qualis est etiam amor quo Deus suam bonitatem amat, et quo simul cum filio producit Spiritum Sanctum.

Tertia sententia est eorum qui definiunt libertum arbitrium facultatem, qua, positis omnibus ad agendum praerequisitis, possumus agere vel non agere. Unde juxta illam opinionem essentia liberi arbitrii consistit in ~~def~~ indifferentia actiua et absoluta aequi

aquilebvii in utramque partem versatili, quae ordine finis nulla tenus tempovetur

Quarta sententia est sancti Thomae a quo libevum arbitrium definitur facultas electiva medio vum servato ordine finis

Quod spectat ad sententiam Lutgevi et Calvini, non modo falsa est, sed etiam haevetica; ut dictum est supra, et fusius patebit ex dicendis infra

# Conclusio 1.a

**Libertas** non existit in solo voluntario:

Probatur: nam si libertas consistevet in solo Voluntario, omnis actus voluntarius foret libev: atqui omnis actus voluntarius non est libev: nam actus quo quisque hominum cupit esse beatus, voluntarius est; actus quo patev aeternus genevat filium, et actus quo patev et filius producunt Spiritum sanctum sunt voluntarii. atqui non sunt libevi: nam illi actus non possunt dici libevi, qui necessavio fiunt; atqui ejusmodi actus necessavio fiunt: si quidem fievi non potest ut aliquis homo non velit esse beatus; patev aeternus non genevet filium, Patev et Filius non producant Spiritum sanctum Ergo &c

Et certe si libertas posita foret in solo voluntario qui negavunt libevtatem, negassent et voluntarium atqui plurimi negavunt libevum arbitrium; nunquam

vero negarunt voluntatem Fuerunt Stoici qui fingebant hominis voluntatem subjici facto et necessitati cuidam inelectabili, proffluente ex occulta hydeum virtute et efficacia, pariter Manichæi negarunt Libertatem dum statuerunt voluntatem hominis arcano quodam motu necessario determinari ad bonum vel ad malum ad bonum quidem a principio primo omnium bonorum, ad malum vero a primo principio omnium malorum; illi, inquam, negarunt libertum arbitrium, alqui tamen non negarunt voluntarium. Siquidem omnes ad unum fatebantur nos sponte et voluntarie agere non vero coacte, cum inclinatione, non cum repugnantia; ergo &c.

Denique si libertum et voluntarium essent quid unum et idem, sicut Libertas sufficit ad merendum et demerendum, ita sufficeret et voluntarium; alqui id dici non potest ut patet ex-

{ verbis conceptis, ad Merendum et demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur Libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione }

quæ propositio accedente consensu Ecclesiæ immo postulante Clero Gallicano damnata fuit a summis Pontificibus Innocentio Decimo et Alexandro 7.° ergo &c.

# Solvuntur Objectiones

**Objicies 1°** Ex Sancto Augustino ubi voluntas, ibi libertas, ergo Liberum et voluntarium sunt quid unum et idem

**Respondeo 1°** Distingo antecens ubi est voluntas, ibi libertas, a coactione et necessitate cæcâ conc antecens; ubi voluntas ibi libertas a necessitate non cæcâ et naturali N. antecens ergo &c Dist consequens liberum a coactione et necessitate cæcâ, et voluntarium sunt quid unum et idem conc consequens secus N. consequens

Itaque licet fateamur, ubi est voluntas, ut Sabet Augustinus, ibi esse Libertatem a coactione, et necessitate cæcâ; qualis necessitas reperitur in brutis animantibus: attamen non inde sequitur, ubi est voluntas, ibi esse libertatem a necessitate non cæca et naturali quæ oritur ex cognitione quia amor quo beati in cælis Deum amant est maxime voluntarius; attamen non est liber a necessitate non cæca cum necessario oriatur ex cognitione Dei

**Respondeo 2°** concesso antecente Nego consequentiam, nam ubi intellectus ibi est voluntas, attamen intellectus et voluntas non sunt quid unum et idem qua propter hæc verba Augustini ubi voluntas ibi libertas non

significant libertatem et voluntatem esse quid unum et idem vel actum voluntarium et actum liberum non distinguit sed declarant duntaxat libertatem et voluntatem esse facultates inseparabiles, sicut intellectus et voluntas separari nequeunt. Igitur quemadmodum ex inseparabilitate intellectus et voluntatis non sequitur 1.° intellectum et voluntatem esse quid unum et idem 2.° intellectionem et volitionem non posse separari, aut esse quid unum et idem; ita ex inseparabilitate voluntatis et libertatis non sequitur voluntatem et libertatem esse quid unum et idem; aut actum voluntarium et liberum non posse distingui. Enim vero facultates sunt essentiales substantiæ cui tanquam alicui 2.° essentialiter conjunguntur: at vero functiones sunt aliquando contingentes, proinde quæ licet facultates sint inseparabiles, non idcirco sequitur functiones esse etiam inseparabiles. Ergo quamvis voluntas sit inseparabilis a libertate actus tamen voluntatis separari potest ab actu libertatis, nec sunt quid unum et idem.

**Objicies 2.°** illud est liberum quod est in nostra potestate: atqui omnis actus voluntatis est in nostra potestate ergo &c.

**R. mino** illud enim non est in nostra potestate cujus non sumus Domini atqui non sumus &c.

Domini omnium actuum nostræ voluntatis si quidem non sumus domini illorum actuum qui vel inclinationi naturali vel objecti impressioni omnino subjiciuntur: atqui tales sunt plurimi actus nostræ voluntatis; sic in homine amor beatitudinis subjicitur inclinationi naturali: amor Dei in beatis mentibus subjicitur impressioni Divinæ Ergo &c.

Instabis illud est vere liberum quod agimus quando volumus et quod non agimus quando nolumus atqui quid quid est voluntarium illud agimus quando volumus, et illud non agimus quando nolimus Ergo &c.

Dist maj illud est vere liberum etiã nostrâ potestate quod agimus quando volumus et quod non agimus quando nolumus, voluntate ut est indifferens, libera et suorum actuum domina conc maj voluntate ut est naturæ seu determinata N. maj. atqui &c. Distinctâ pariter minore N. consequam

Equidem quod agimus voluntate ut est libera et domina suorum actuum illud est Liberum et in nostra potestate, sed quod agimus voluntate ut est est determinata, illud non est Liberum et in nostra potestate; porro multi sunt actus nostræ voluntatis qui ab ipsâ proficiscuntur non quatenùs est Libera, sed pro ut est determinata, qualis est amor beatitudinis ut sic in homine et amor Dei in beatis mentibus qui necessario oritur ex cognitione Dei

in hu tua

**objicies 3°** voluntarium et libervum sunt quid unum et idem si necessitas simplex non tollat libervum arbitrium aliqui simplex necessitas non tollit libervum arbitrium nam ex Sancto augustino Libro 5° de civitate Dei capi. Decimo si ea definitur necessitas secundum quam dicimus necesse esse ut ita sit aliquid, vel ita fiat nescio cur eam timeamus ne nobis auferat libertatem voluntatis, nam Deum necessario vivere dicimus, et cuncta praescire, nec tamen omnes e libervum intelligimus

**Dist maj** voluntarium et libervum sunt quid unum et idem si unitas simplex respectu unius et ejusdem objecti non tollat libervum arbitrium respectu ejusdem objecti conc maj si non tollat respectu aliorum objectorum N. maj aliqui &c Dist min necessitas simplex respectu unius objecti non tollit libertatem respectu aliorum objectorum conc min respectu ejusdem objecti N. min ergo &c

**Itaque** simplex necessitas respectu unius objecti non tollit libervum arbitrium respectu aliorum objectorum V.G necessitas respectu finis ultimi non tollit libertatem respectu mediorum pariter Deus necessario vivit et tamen libere operatur ad extra at vero necessitas unius

sollus libertatem respectu ejusdem, id est non potest dari libertas et necessitas respectu unius et ejusdem objecti illud enim non debet dici liberum a quo quis non potest abstinere ut Gabet ipse Augustinus Sine Deus necessario vivit non vero libere

instabis ex Sancto Thoma sola coactio opponitur voluntario ut sola coactio opponitur libero Ergo &c

Dist antecens sicut sola coactio genericè et late sumpta pro qualibet necessitate sive extrinseca sive intrinseca opponitur voluntario ita et opponitur libero conc antecens sicut sola coactio stricte sumpta pro sola necessitate extrinseca tantum opponitur voluntario ita opponitur libero n. Antecens Ergo &c

Itaque si nomine coactionis intelligatur quælibet necessitas sive sit extrinseca sive sit intrinseca sola coactio opponitur voluntario et libero si nomine coactionis intelligatur ut vulgo solet intelligi necessitas externa tantum non sola coactio opponitur libero sed præterea illi opponitur necessitas naturalis quâ necessario et antecedenter voluntas determinatur ad aliquid ut videre est in homine qui quamvis Beatitudinem voluntarie amet eam tamen libere non amat: pariter amor Dei in Beato

mentibus maxime est voluntarius non vero Liber
quia ab eo abstinere non possunt
Ex his quæ dicta sunt de Voluntario patet quam
dam indifferentiam esse de ratione Libertatis qua pro
-ter de indifferentia nobis est agendum

# De indifferentiâ

Indifferentia genera tim definiri
potest forma, quâ ens aliquid fit capax sejus vel
alterius modificationis sive oppositæ sive disparatæ
Duplex distinguitur indifferentia scilicet actiua
et passiua
Indifferentia passiua est ea quæ non habet vim
sui determinatricem, sed est tantum determinabilitas
ab alio, talis est indifferentia in materia ad omnes
formas physicas recipiendas
Indifferentia actiua est ea quæ habet vim sui
ipsius determinativi cum et duplex distinguitur nimirum
positiua et negatiua
Indifferentia actiua negatiua est negatio omnis
planæ determinationis seu quædam animi suspensio
qua quis manet incertus de eo quod agere debet
Indifferentia actiua positiua est vis qua quis
se determinat ad unum potius quam ad aliud et
Iuplex distinguitur scilicet indifferentia contrarie-
-etatis, seu specificationis indifferentia disparitatis

et indifferentia contradictionis.

Indifferentia contrarietatis seu specificationis est vis eligendi unum actum vel illius contrarium VG. amandi, vel odio habendi, bene aut male agendi

Indifferentia dispariatis est vis eliciendi plures actus disparatos VG. sobrietatis, liberalitatis justitiæ &c.

Indifferentia contradictionis seu exercitii est vis agendi, vel non agendi, amandi vel non amandi &c positis sit

## Conclusio 1ª

Indifferentia negativa non est de ratione libertatis

Probatur. nam indifferentia negativa est negatio omnis planè determinationis et quædam animi suspensio quâ quis est omnino incertus de eo quod agere debet atqui hæc privatio determinationis seu animi suspensio non est de ratione libertatis nam Deus in productione creaturarum fuit liber; atqui tamen ab æterno fuit determinatus ad illas producendas nec unquam illam habuit animi suspensionem pavitet ergo fuit liber ad movtem et motus circumstantias: atqui tamen nunquam expertus est suspensionem et incertitudinem animi circa movtem subeundam

Et certe si indifferentia negativa esset de ratione libertatis quidquid minuit illam indifferentiam minueret libertatem et consequenter meritum atque demeritum: atqui id dici non potest; aliquin Justi in suis actibus minus meretur et improbi minus peccarent; quia illi in bono, hi in malo hanc animi suspensionem et incertitudinem non patiuntur

## Conclusio 2ª

**Indifferentia actiua positiua est de ratione libertatis**

Probatur: nam indifferentia actiua positiua est vis, seu capacitas, et amplitudo animæ, qua pluribus inter se comparatis relicto uno se se ad aliud determinat: atqui hæc capacitas est de ratione libertatis qua propter reperitur in quo-vis ente libero, et quo major est eo perfectior est libertas, quia eo perfectior est vis electiua Ergo &c.

## Conclusio 3ª

**Indifferentia contrariorum ad Bonum et malum non est de essentia libertatis**

Probatur nam deficere posse non est de essentia ullius facultatis: si coercitive posse non est de ratione virtutis visiuæ, et errare posse non est de ratione virtutis intellectiuæ: atqui peccare est

multo magis deficere quam coercitive aut falli; Ergo peccare posse, seu habere indifferentiam aut ad bonum aut ad malum non est de ratione libertatis, quapropter Deus, Christus, Angeli qui perfecta pollent libertate nullam habent ad bonum et malum indifferentiam Ergo &c.

Dices Scripturæ et Patres sæpe explicant liberum arbitrium per vim electivam boni et mali Ergo &c.

Dist anteens explicant liberum arbitrium per vim electivam boni et mali tanquam per aliquid quod ei conjunctum est in hac vita Conc anteens tanquam per aliquid ipsi essentiale. N. anteens — Ergo &c

Itaque patres explicant liberum arbitrium per potentiam peccandi sicut sæpe definiunt hominem per mortalitatem quamvis apprime sciant ad hominis essentiam et perfectionem non pertinere quod sit mortalis Ergo &c.

## Conclusio 4ª

Indifferentia contradictionis est de ratione libertatis

Probatur nam illud de ratione libertatis quod nullam dicit imperfectionem et per quod homo constituitur habere jus et dominium in suos actus aliqui indifferentia contradictionis est ejusmodi primo nullam dicit imperfectionem quia respicit media non vero finem ultimum secundo per illam homo

concipitur habere jus et dominium in suos actus, hinc enim homo jus et dominium habet in suos actus quando illos potest ponere vel non ponere ad libitum: atqui per indifferentiam actuum contradictionis homo concipitur habere potentiam ponendi vel non ponendi suos actus ad libitum: nam homo habet potestatem ponendi vel non ponendi suos actus ad libitum, quando agere et non agere est in illius potestate atqui per indifferentiam actuum contradictionis ipsum agere et non agere est in potestate hominis cum hæc indifferentia nihil aliud sit quam vis seu potestas quâ homo potest agere vel non agere ergo &c.

## Solvuntur Objectiones

**Objicies 1.°** Illud non est de ratione libertatis quod dicit defectum et imperfectionem: atqui indifferentia contradictionis est ejusmodi nam dicit potentiam non agendi: atqui potentia non agendi est imperfectio ergo &c.

**N. Min.** ad cujus probationem Dist maj dicit potentiam non agendi quæ oritur ex juxta et dominio animæ in suos actus, et quæ conjuncta est cum potentia agendi conc maj, dicit potentiam non agendi ortam ex indigentia alicujus ad agendum requisiti et quæ non sunt conjuncta cum potentia agendi N. maja. atqui &c. distincta pariter minore N. consequam

Itaque indifferentia contradictionis dicit potentiam non agendi, sed quae conjuncta est cum potentia agendi et quae proinde nullam dicit imperfectionem cum oriatur ex jure et dominio animae in suos actus quo fit ut illos possit ponere vel non ponere ad libitum

Instabis aliqui potentia non agendi etiam orta ex jure et dominio animae in suos actus est imperfecto; nam posse carere perfectione est imperfecto aliqui potentia non agendi est posse carere perfectione Ergo &c

Dist. Subsumptum. ad cujus probationem Distinmino. potentia non agendi circa finem ultimum est posse carere perfectione conc minio potentia non agendi circa bona particularia est posse carere perfectione N. mino. Ergo &c. Dist consequens potentia non agendi circa finem ultimum est imperfecto conc consequentiam circa bona particularia N. cons consequentiam

Itaque posse non agere circa finem ultimum est imperfecto, quia circa finem ultimum idest circa Summam et Supremam Bonitatem semper restat agere quam non agere, cum in amore finis ultimi, hoc est, Dei qui est Suprema Bonitas, consistat, maxima hominis perfectio: at vero posse non agere circa bona particularia non semper est imperfecto quia aliquando satius est non agere quam agere

circa ejusmodi bona, quæ sæpe fucata et Imentita sunt, in quorum proinde amore, posita est maxima hominis imperfectio,

Porro potentia non agendi de quâ disputamus — respicit tantum bona particularia, non finem ultimum; unde libertas definitur vis electiva mediorum servato ordine finis

**objicies 2.°** Deus fuit libere ad mundum producendum; atqui numquam fuit indifferens ad mundi creationem. nam ille numquam fuit indifferens, qui fuit ab æterno determinatus; atqui Deus fuit ab æterno determinatus ad productionem mundi ergo non fuit indifferens &c.

**R. min.** ad cujus probationem Dist maj ille numquam fuit indifferens qui fuit determinatus ab æterno determinatione antecedente Conc. maj determinatione consequente N. maj atqui &c. distincta pariter minore N. consea.

Itaque duplex est determinatio antecedens et consequens.

Determinatio antecedens est ea quæ antecedit consensum voluntatis et quæ ita omnino ab extrinseco ut sit in nobis sine nobis vel non a nobis talis est determinatio voluntatis ad bonum universim

Determinatio consequens est ea quæ subsequitur consensum libertum voluntatis; et est illius effectus.

Equidem ille nunquam fuit indifferens qui ab æterno determinatus fuit determinatione antecedente at vero ille fuit indifferens qui ab æterno determinatus est determinatione consequente: Porro Deus fuit determinatus ab æterno ad mundum creandum determinatione consequente, idem, dependente a libero suæ voluntatis consensu, quæ determinatio non excludit indifferentiam actuam: sed Deus nunquam fuit determinatus determinatione antecedente quia se se ab æterno libere determinavit ad producendum mundum, nec ab alio determinatus est qua propter ab æterno fuit simul indifferens antecedenter, et determinatus consequenter primo fuit antecedenter indifferens cum enim sit independens, omnibus entibus superior, et sibi sufficientissimus, creaturis non indiget, nec proinde innitus aut necessario, et ex naturæ suæ conditione eas produxit secundo ab æterno fuit determinatus consequenter quia nullum fuit instans, quo Deus suspensus hæserit circa mundi productionem

Instabis ille non fuit indifferens qui non potuit non facere id quod erat optimum et perfectissimum atqui Deus &c. Ergo &c.

Dist maj ille non fuit indifferens qui non potuit non facere id, quod erat optimum et perfectissimum quoad entitatem conc maj alqui Deus non potuit &c Distincta pariter minore N. conseam

Itaque Deus pro sua sapientia infinitâ in productione creaturarum non potuit non facere id quod erat optimum et perfectissimum secundum habitudinem ad finem quem sibi proposuerat; cum sapientia eluceat in coordinatione eorum quæ sunt ad finem sed Deus potuit non producere, et revera non produxit id quod erat optimum et perfectissimum secundum entitatem; si quidem potuit absolutè, producere mundum perfectiorem et de ratione infinitæ et inexhaustæ illius potentiæ est ut producto quocunque opere aliud perfectius producere possit et isto aliud perfectius usque in infinitum.

**Objicies 3°** Christus fuit liber circa mortem subeundum: atqui nunquam fuit indifferens circa mortem Ergo &c

Dist mino. Christus nunquam fuit indifferens indifferentia negativâ ad mortem conc mino positiva et negativa N. mino Ergo &c. Dist consequens indifferentia negativa et æquilibrii non est de ratione libertatis conc consequens — positiva et electionis N. consequens.

Itaque duplex ut supra diximus distinguenda est indifferentia nimirum positiva et negativa

Indifferentia negativa est negatio omnis planè determinationis, seu quædam animi suspensio quâ quis manet incertus de eo quod agere debet

Indifferentia positiva est vis quâ voluntas ad unum se se determinat potius quam ad aliud

Equidem Quistus numquam fuit indifferens in differentia negativa circa mortem subeundam quia numquam mansit dubius et incertus circa illam at vero indifferens fuit indifferentia positiva qui a se se ad illam libere determinavit

Instabis ille non fuit indifferens indifferentia positiva circa mortem qui illam necessario passus est atqui Quistus necessario mortem subiit Ergo Quistus &c.

Dist maj qui illam necessario passus est necessitate antecedente conc maj necessitate consequente N. maj atqui &c Distincta pariter minore N. conseam

Sed Duplex necessitas antecedens et consequens

Necessitas antecedens est ea quae ita antecedit consensum nostrum ut sit in nobis non a nobis. talis est necessitas movendi in somno.

Necessitas consequens est ea quae consequitur ex consensu voluntatis, et quam sibi ipsi imponit agens unde est in nobis, a nobis

Equidem ille non fuit indifferens indifferentia positiva circa mortem qui eam passus est necessario necessitate antecedente, quia illa necessitas tollit electionem, et consequenter indifferentiam positivam at vero ille fuit liber circa mortem circa mortem qui eam passus est necessario necessitate consequente. Porro Quistus debuit quidem pati mortem necessitate consequente, non vero antecedente. Nam qui debuit subire mortem quia gaue necessitatem sibi imposuerat, ille passus non est mortem ex-

ex necessitate antecedente: alqui ideo Cyprianus debuit subire mortem, qui a Deo sibi necessitatem imposuerat. Enim vero Cyprianus est persona divina cui naturae humanae hypostatice unitae est: atqui persona divina cui naturae humanae hypostatice unitae sibimet imposuit necessitatem moriendi si quidem persona divina libere assumpsit naturam humanam, quia Verbum libere caro factum est, et habitavit in nobis: unde haec persona aliam non habet necessitatem circa mortem, quam habet Deus circa promissa sua: atqui Deus necessario sua promissa exequitur, non quod nobis debitor sit sed quia fidelis est et potens reddere ea quae repromisit diligentibus se, uno verbo, qui a Deo necessitatem sibi libere imposuit.

Quaeritur ubi autem Cyprianus quatenus homo fuerit indifferens indifferentia positiva et activa circa mortem subeundam et illius circumstantias, ita ut ab omni necessitate fuerit immunis.

Respondent non nulli. 1° in Christo duae voluntates scilicet divina et humana quemadmodum definitum fuit adversus Monotheletas. 2° voluntas divina fuit indifferens circa mortem subeundam et illius circumstantias, non item voluntas humana, quod non impedit quo minus Cyprianus etiam ut homo fuerit liber circa mortem subeundam, Enim vero, inquiunt, illae duae voluntates sunt facultates unius et ejusdem suppositi, porro cum adsunt facultates unius et ejusdem suppositi licet una ex illis facultatibus

non sit ratione sui præcisè indifferens, attamen illius actio censeri debet indifferens, libera et meritoria dummodo fiat et exerceatur ad nutum et imperium facultatis liberæ ejusdem suppositi, quod quidem patet in puero homine. V.g. in nobis intellectus ratione sui præcisè non est indifferens et liber, attamen illius actio debet censeri indifferens, libera et meritoria modo fiat ad nutum et arbitrium libertatis, sanctè in Christo licet voluntas humana ratione sui præcisè non fuerit indifferens circa præcepta a Patre imposita attamen illius actio, puta, obedientia circa mortem, mortis que circumstantias censeri debet indifferens, libera et meritoria. nam fiebat et exercebatur ad nutum et arbitrium voluntatis divinæ, quæ erat facultas indifferens et libera ejusdem suppositi scilicet Christi ergo mors Christi et illius obedientia censeri debent actiones indifferentes et liberæ

Observant postea quæ non sequi Christum minus meritum fuisse, immo infinitè meritus est quia obedientia et cæteræ illius actiones fiebant et exercebantur ad nutum et ad arbitrium voluntatis divinæ quæ erat facultas indifferens et libera ejusdem suppositi, hæc ratione impeccabilitas Christi conciliari potest cum ejus libertate. Sic enim explicatur quomodo singulæ illius actiones humanæ, quæ fiebant ad nutum, et arbitrium divinæ voluntatis, fuerint infiniti valoris et pretii.

Respondent alii voluntatem humanam per se

in Christo indifferentem fuisse circa redemptionem generis humani, mortem, et omnes mortis circumstantias in se ipsis spectatas, et a deo nulla ei, nullaque antecedente necessitate fuisse impulsam sed sola Caritate in Patrem, sine Christus ut homo habuit illam indifferentiam qua potuit rebus a patre imperatis abstinere si ipsa in se ipso, et res in se ipsis spectentur sed haec indifferentia Caritati et obedientiae ita erat addicta, ut a peccandi potestate omnino esset aliena, atque adeo longe a viatorum caeterorum indifferentia diversa fuit, quapropter Consensus humanae voluntatis fuit liber et indifferens unde illo Scripturae verba, Nemo tollit animam meam a me; sed ego pono eam a me ipso, et potestatem habeo ponendi eam. Sine praedicto fuerat de Christo, Oblatus est quia ipse voluit.

**Objicies 4°** si indifferentia esset de libertatis ratione, quo major fieret indifferentia eo major fieret Libertas; et quo minor esset indifferentia, eo pariter esset minor Libertas; atqui id dici non potest alioquin scelerati qui ex habitu peccant minus peccarent ut potest minus indifferenter, et justi qui ex habitu Deum amant et bene agunt, minus mereventur Ergo

**Dist maj** si indifferentia negativa et aequilibrii esset de ratione libertatis quo major foret indifferentia negativa et aequilibrii eo major foret Libertas conc maj si indifferentia positiva esset de ratione libertatis quo major foret indifferentia negativa et aequilibrii —

eo major foret libertas n. maj. alqui &c distincta
pariter minore n consteant

Itaque ut supra dictum est libertas non consistit
in indifferentiâ negativa et æquilibrii qua scilicet
voluntas suspensa maneat instar lancis sine et
inde æqualibus librate ponderibus sed consistit in
indifferentia positiva et electionis, quæ est vis qua
voluntas pluribus inter se comparatis potest sese
determinare ad unum potius quam ad aliud

Porro licet habitus tum boni tum pravi tollant
indifferentiam negativam, et æquilibrii, quâ
scilicet voluntas suspensa maneat instar lancis
æqualibus librate ponderibus, quatenus volun-
tatem inclinant in unam partem potius quam
in aliam; attamen attamen non tollunt indiffe
rentiam positivam et electionis, si quidem unus
quisque in se ipso experitur sive ex bono habitu
agat, sive ex pravo, sive ex concupiscentia,
sive ex gratiâ se posse ad agendum aut non agen-
dum, vel etiam ad contrarium sese determinare,
cum nunquam careat rationibus ad utrum libet
inclinantibus. quapropter ex nostra sententiâ
nihil inferri potest quod minuat meritum in
justis et peccatum in impiis

Instabis actus non destruit potentiam: alqui
indifferentia esset devatione libertatis, actus
liber destrueret potentiam: nam actus libertatis
est determinatio: alqui determinatio destruit

indifferentiam
N. mino ad cujus probationem dist. mino determinato
destruit indifferentiam negativam et æquilibrii conc. mino
positivam et electionis N. mino Ergo &c. Dist. consequens
libertas non consistit in indifferentiâ negativa et æqui
libvii conte. conseam. in indifferentia positivâ et electio
nis N. conseam.

Ex his omnibus sequitur libertatem esse facultatem, non vero habitum: nam habitus qui libet supponit facultatem cujus sit habitus: proinde libertas seu libertum arbitrium, nullam supponit facultatem cujus sit habitus. Quare libertas non debet dici habitus sed facultas, et principium eorum actuum qui reperiuntur in agente libero quatenùs liberum est, nunc a perquirendum est nobis quænam sit vera et propria definitio libertatis quod ut fiat sit

## Conclusio 5ª

Libertas definiri debet facultas electiva mediorum servato ordine finis

Probatur nam libertas hoc modo definiri debet si hæc definitio sit legitima: atqui vera sit hæc definitio legitima est in quâ actus propriæ facultatis et objectum exprimuntur; cum enim facultates specificentur ab objectis, in earum definitione objectum reperiri debet, et ipsa actus quâ versantur circa objectum atqui per nostram definitionem 1º exprimitur objectum liberi arbitrii puta media ut media sunt. 2º actus

libevi arbitrii, propria scilicet Electio

Et certe ea definitio cæteris est anteponenda quam expressis verbis reddidit sanctus Thomas atqui hanc nostram definitionem proposuit sanctus Thomas Quæstione 43ª primæ partis Articulo 3º his verbis, dicendum quod proprium libevi arbitrii est Electio, ex hoc enim libevi arbitrii esse dicimur, quod possumus unum accipere, alterum recusato, quod est eligere, et ideo naturam libevi arbitrii, ex electione considerare oportet

In hâc definitione ponuntur hæc verba, servato ordine finis, quia libertas ex naturâ suâ non versatur circa finem ultimum, sed circa sola media, in ordine ad ipsum finem. Hinc ex Aristotele Electio est tantum eorum quæ sunt ad finem. Deinde Deus, Christus Beati sunt libevi: atqui Deus non est libev circa se ipsum amandum. Libertas Christi temperabatur per ordinem ad finem. Beati non sunt libevi in amore quo Deum prosequuntur. pariter nostra libertas non versatur circa finem ultimum, puta circa beatitudinem ut sic quam necessario appetimus Ergo &c.

Hinc Sequitur 1º minus accuratam esse definitionem libertatis quâ dicitur facultas, quâ positis omnibus ad agendum prærequisitis possumus agere vel non agere 1º quia nulla fit mentio objecti libertatis, si quidem nihil dicitur de mediis, aut fine 2º quia indifferentia qualis

expvimitur, ꝯac definitione, nempe: ineo ordine ad finem ultimum, erit defectus libertatis non libertas.

2° Sequitur rejiciendam esse definitionem qua libertas arbitrium dicitur potentia vivendi ut velis 1° quia posita illa definitione voluntarium potest cum libero confundi VG. actus vertus finem ultimum qui voluntarius est solum modo potest dici liber, qui a fit ut velis, 2° in ꝯac definitione nullus fit mentio de Objecto libertatis

3°. Sequitur minus legitimam esse definitionem ꝯanc alteram, qua libertas definitur firma adhesio ipsi Deo, vel independentia a rebus creatis. 1° quia videtur excludere potentiam peccandi quæ in homine viatore reperitur conjuncta cum libero arbitrio 2° quia dicit potius aptum libertatis, quam ipsam libertatem 3°. quia propvium libertatis officium non expvimitur

## De Subjecto Libertatis

Quæritur in quonam subjecto residere possit libertas?

Respondeo Libertatem residere tantum posse in substantia Spirituali Quare sit

## Conclusio 1ª

Libertas potest tantum residere in

substantia spiritali

Probatur nam libertas potest tantum residere in ea substantia quae potest eligere media servato ordine finis: atqui sola substantia spiritalis potest eligere media servato ordine finis. nam ea sola substantia potest eligere media, servato ordine finis, quae sola potest intelligere quid sit medium, quid finis, quid proportio mediorum cum fine: atqui sola substantia spiritalis potest intelligere quid sit medium, quid sit finis, et quid sit proportio mediorum cum fine; quando quidem haec sola substantia spiritalis est libertatis capax

Hinc sequitur 1° Materiam non esse liberam quia omni cognitione destituta est 2° belluas non esse libertatis capaces, quia in illis nulla est etiam cognitio, nulla perceptio, proindeque nulla electio, sine qua tamen libertas stare non potest 3° sequitur Deum, Angelos, et ipsum hominem libertate polleve cum Deus, angeli, et mens humana sint substantiae spiritales, et consequenter perceptionis atque electionis capaces, illud autem speciali conclusione eo loci adstruendum est de ipso homine

## conclusio 2a

**homo est liber**

Probatur nam ille est liber qui dominus est suorum actuum et illos potest ponere vel non ponere

ad libitum atqui homo est dominus suorum actuum et illos ponit vel non ponit ad libitum; ut quisque facta attentione experiri potest: nam ad nutum, manus claudimus vel aperimus, loquimur vel tacemus, hoc vel illo modo agimus. Sine proemio virtutibus, vitiis supplicia decernuntur

Et certe ille liber censeri debet qui nec caeco naturae impetu fertur in objecta, ut bellua: nec tum bulenis et rationis usum impedientibus motibus abripitur ut phrenetici et amentes et quotquot primo primis motibus aguntur, cujus denique capacitas impressione objecti non icta expletur ut illico sentiat adesse verum et summum bonum, cujus sola possessione beari potest atqui talis est homo ut quisque propria experientia compertum habet ergo &c.

Denique ille liber censendus est, quem sacri codices passim et ubique liberum esse declarant; atqui sacri codices passim et ubique declarant hominem esse liberum Geneseos 4° subtè erit appetitus tuus et tu dominaberis illius Deüteronomii Capite 30° Versu 19° Testes invoco hodie, inquit deus, Caelum et Terram, quod proposuerim vobis vitam et mortem, benedictionem et maledictionem eligite ergo vitam, ut et tu vivas et semen tuum. Ex Apostolo 1ª ad Corinthios Capite 7° Versu 37° Qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens suae

voluntatis · quæ quidem omnia testimonia sacræ commendant et astruunt hominis libertatem Ergo homo est liber

## Solvuntur Objecta

**Objicies 1.°** ille non est liber qui peccando, perdidit suum liberum arbitrium: atqui ex Sancto Augustino homo peccando perdidit seipsum, et liberum arbitrium

**Dist maj** qui peccando perdidit seipsum et liberum arbitrium simpliciter et absolute conc maj secundum quid tantum N. maj atqui Se distincta pariter minore N. consequ

**Stagnes** homo peccando perdidit liberum arbitrium secundum quid, et comparatè ad statum innocentiæ sed illud non perdidit simpliciter et absolute, si quidem ex Sancto Augustino homo perdidit liberum arbitrium, sicut perdidit seipsum. Porro non perdidit se ipsum simpliciter et absolute quia remansit imperfectus et immortalis quoad animam: Ergo nec illa perdidit liberum arbitrium, quin remanserit saltem imperfectum ac debile, idest in statu innocentiæ. Homo maximam in intellectu experiebatur facilitatem veri, et in voluntate facilitatem recti, facile dominabatur motibus appetitus sentientis; in Eo autem præsenti statu naturæ lapsæ non

nisi cum summa difficultate Qui motus potest compescere.

Instabis ille perdidit liberum arbitrium absolute, qui gravi necessitate peccat atqui ex eodem Augustino homo lapsus ex gravi necessitate peccat ergo &c

Dist maj qui gravi necessitate necessitate physica peccat conc maj. qui peccat ex necessitate gravi morali n. maj atqui &c distincta pariter minore n. consequ

Itaque ex quo tempore homo peccavit amisit eam quam habebat facultatem recti in voluntate et vevi in intellectu unde coepit experiri necessitatem moralem peccandi, id est magnam difficultatem abhorrendi a peccato, non vero necessitatem physicam et absolutam cui non possit absolute resistere qualis est necessitas qua homo trudi tur in carcerem, vel qua impellitur ad bonum ut sic

Objicies 2° ille libere dicit non debet qui non facit quod vult: atqui homo non facit quod vult. nam ex apostolo Romanorum 7.° versu 15.° non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum illud facio ergo &c

Dist maj ille libere dicit non debet qui non facit quod vult efficaciter concedo majorem quod vult inefficaciter n. maj atqui &c

Distincta minore ad sensum majoris N. consæam

Itaque homo intimo conscientiæ sensu sibi conscius est, se facere quod efficaciter vult modo adsint requisitæ conditiones quæ igitur non facit homo ea non vult ineffi caciter sed tantum ineffi caciter et simplici velleitate:

Quod spectat ad locum apostoli debet intelligi de primis concupiscentiæ motibus, non autem de actibus humanis, ut patet ex eo quod statim addat apostolus: Si quod nolo malum, illud facio; jam ego non operor illud, sed quod habitat in me, peccatum: concupiscentia eò loci vocatur peccatum 1° quia ad peccatum inclinat, ut Evidentina Synodus explicat 2° quia a peccato primi parentis traxit originem; jam vero primi concupiscentiæ motus liberi non sunt, nec imputantur homini ad peccatum, quia supponuntur excitari in nobis, præter et contra voluntatis inclinationem

objicies 3° ille non est liber qui non habet sua consilia in potestate suâ: atqui homo est ejusmodi nam proverbiorum 1°. Consilia hominis sunt in manu dei et Jeremiæ 13° non est hominis dirigere vias suas ergo &c.

Dist maj illo non est liber qui consilia sua non habet in sua potestate, quantum ad propositum et electionem Conc maj. quantum ad exitum et eventum N. maj: Atqui &c distincta pavitet minore N. concedam

Itaque homo consilia sua non habet in sua potestate quantum ad exitum et eventum sed sunt in manu dei quia Deus a fine ad finem omnia attingit fortiter et suaviter omnes nostras actiones dirigit ad certos fines et potest impedire atque saepe impedit ne homo suscepta consilia ad optatum finem perducat. at vero consilia hominis, et ejus vires sunt in illius potestate, quantum ad electionem et propositum

Objicies 4° ex apostolo Romanorum 9° versu 16 igitur non volentis nec currentis, sed miserentis est Dei ergo &c

Dist antecens neque est volentis neque currentis ex solis naturae viribus Conc antecens extra gratia egent N. antecens ergo &c

Itaque licet homo sine auxilio Dei nihil possit attamen omnia potest in eo qui ipsum confortat praeterea agitur ibi de illis actibus quibus meremur vitam aeternam; hinc Apostolus dicit illos esse solius Dei miserentis quia

necesse est ut Deus prævaleat voluntatem humanam
verum semper relinquitur homini libertas ad con
sentiendum quatenus

Adde quod Astruc post Cajetanum putat ibi
agi de electione hominum ad salutem quo
posito, locus ille non pertinet ad liberum ar-
bitrium

objicies 5° si homo esset liber vel ante
quam agat, vel cum agit, vel postquam egit;
atqui nullum horum dici potest ergo &c
N MIN quoad omnes illius partes si quidem
homo 1° liber est ante operationem quia habet
vim sese determinandi, et libere se determinat
ad fiè et nunc agendum 2° liber est dum agit,
quia potest quando libuerit ab agendo abstinere 3°
denique liber est postquam egit, quia actionem
libere relinquit

objicies 6.° ut homo non sit liber, satis
est quod ejus voluntas necessario sequatur ulti
mum judicium intellectus, et ipse intellectus ne
cessario judicet hoc et illud bonum esse alteri
præferendum; atqui intellectus necessario judicat
hoc et illud bonum esse alteri anteponendum;
pro ut scilicet hoc vel illo objecto suaviusve et
validius animæ pervellitur; ipsa vero voluntas
necessario sequitur judicium ultimum intellectus

ergo in homine nulla est Libertas

Dist maj previa syllogismi, satis est quod intellectus necessario judicat hoc et illud bonum esse alteri præferendum, si ad illud judicium libere non determinetur cone majo. si ad illud judicium libere determinatur Nego majo. alqui &c. distincta pariter minore N. consequentia

Itaque intellectus necessario judicat hoc objectum esse alteri præferendum, sed ad id libere determinatur ab ipsa voluntate. nam determinatur juxta affectiones quæ in voluntate dominantur: alqui illæ affectiones sempre sunt liberæ nisi versentur circa bonum ut sic aut circa aliquod objectum determinatum, cujus in professione tota animæ capacitas repleatur. qualis est solus Deus intuitive cognitus Ergo &c

Quamquam homo sit liber in suis actibus et eos ponat ad libitum, attamen inter agendum voluntas id semper eligit quod videtur melius itaque sit

## Conclusio 3ª.

Voluntas semper eligit id quod videtur melius

Probatur. nam qui quid habet rationem boni

prœ alio, illud habet rationem melioris seu majoris boni: Atqui voluntas semper eligit id, quod habet rationem boni prœ alio. Eligere enim est plus aut magis amare: Ergo sicut voluntas non amat nisi id, quod habet rationem boni, ita non amat magis, nisi id quod habet rationem majoris boni; Ergo Voluntas semper eligit id quod melius videtur

## Solvuntur Objecta

**Objicies 1.°** Si electio sit semper melioris frustra deliberatur Ergo &c

**Dist anteens** Si electio sit semper melioris ex parte rei seu objecti frustra deliberatur Concedo anteens Si electio sit semper melioris Specie tenùs et apparenter N. anteens

**Itaque** electio semper est melioris Specie tenùs et apparenter id est semper eligitur id quod nobis videtur melius; sed saepe mens decipitur et non semper eligit id quod nobis est melius in rei veritate, quapropter deliberatur et proponuntur Consilia, ut mens exuta praejudiciis id, quod rei ipsa melius est eligat.

**Instabis** potest supponi brevi electionem inter bona œqualia: atqui in hac hypothesi non eligeretur id quod melius est Ergo &c

Dist maj potest supponi fieri electionem inter bona æqualia absolute conc maj relative n. maj atqui &c. Dist min. in hac hypothesi non eligetur id quod melius est absolute conc min quod melius sit relative n. min. ergo &c.

Itaque possunt supponi duo bona æqualia sed inter illa nulla fiet electio; donec aliqua accesserit ratio saltem apparens, quæ removeat æqualitatem, atque adeo unum objectum sub respectu nostri melius alterò; quod quidem in nobis quotidie facta attentione experimur.

Objicies 1°. Si voluntas semper eligit id quod melius videtur talis nostræ electionis necessitas imponitur qualis amori beatorum in visione beatifica atqui &c ergo &c.

N. paritatem ratio disparitatis est quod visio beatifica sit objecti cujus impressione tota satiatur et impletur animæ capacitas 2° quod sit constans et perennis nec pendeat beati voluntatem sit eam impressionem mutare et alio se convertere; contra nullum est objectum finitum cujus impressione tota explicatur mentis humanæ capacitas hinc quod videtur nobis melius in hac vita est judicium ipsum quod id tale judicatur ad arbitrium hominis continuo mutatur propter vicissitudinem nostrarum cogitationum et limitationem bonorum circa quæ occupamur unde

ut quod modo bonum videbatur paulo post malum judicetur.

instabis illud judicium ad arbitrium hominis non mutatur quod permanente eadem objecti impressione et persevevante eadem corporis dispositione nunquam mutatur: atqui tale est judicium quo aliquid melius judicatur quia via nostra judicia oriuntur ex viis objectorum impressionibus et ex via nostri corporis constitutione proinde vicissitudo nostrorum judiciorum non libertatem in homine sed in constantiam impressionum et constitutionis temperamenti variietatem arguit; ita ut animus objectorum impressionibus et dispositioni corporis subjici non dominari videatur.

Dist maj illud judicium ad arbitrium hominis non mutatur quod permanente eadem objecti impressione, et perseverante eadem corporis dispositione nunquam mutatur si non sit in potestate hominis attendere ad rationes et motiva aliter judicandi conc maj. secus N. maj atqui &c Dist min tale est judicium quo aliquid judicatur melius et semper remanet in potestate hominis attendere ad rationes et motiva aliter judicandi Conc min. secus N. min

Itaque permanente eadem objecti impressione et perseverante eadem corporis dispositione sem-

sempev est in potestate hominis attendere ad rationes et motiva quibus deflecti potest ad aliud objectum primo quia in actibus humanis objecti impressione quantumvis sit vegemens et valida non tollitur usus rationis et cognitio ut fit in motibus primo primis secundo quia tota non impletur animæ capacitas ut contingit in visione beatificâ quamobrem anima semper non adesse summum illud bonum cujus possessione perfecte satiari possit et consequenter habet simul rationem amandi et non amandi; hinc est quòd semper remaneat libera

Quæritur 1° unde libertas suam originem deducat

# Conclusio 4ª

**Libertas** oritur tanquam ex fonte et radice **ab ipsa** naturâ spirituali animæ et amplitudine utriusque illius facultatis scilicet intellectus et voluntatis

**Probatur** nam ab eo tanquam ex fonte oritur libertas unde anima habet ut soli bono universim addicatur, nullique boni particularis impressioni penitus subjiciatur: atqui anima habet a suâ spiritualitate et amplitudine tum intellectus tum voluntatis ut soli bono universim addicatur nullius que boni particularis impressioni penitus subjiciatur: nam eo ipso quo anima est spiritalis — statim intelligitur nulli addicta organo et supra

se reflexiua Huic est quod primo cuiuslibet obiecti tum cognoscendi tum expetendi sit capax secundo quod ratione intellectus ad obiecti infiniti cognitionem et ratione voluntatis ad eiusdem obiecti possessionem perpetuo nitatur Ergo &c

Quæritur 1° utrum voluntas sit libera circa finem aut tantum circa media quæ conducunt ad finem

## Conclusio 5.ª

Voluntas non est libera circa finem ultimum

Probatur nam voluntas non est libera circa illud circa quod nulla est virtus electiua alqui circa finem ultimum id est circa Bonum in communi nulla est virtus electiua electio enim est assumptio medii ad finem Hoc est boni particularis ad Bonum uniuersale alqui finis ultimus non est medium et Bonum uniuersale non est particulare

Et certe voluntas non est libera circa illud cui necessario addicitur alqui voluntas humana necessario addicitur Bono communi nemo enim est qui non velit esse beatus

Denique si Habet finis ultimus respectu libertatis sicut si habet primum principium respectu intellectus igitur quemadmodum intellec

intellectus non dicuvit de primo principio sed de his quæ ex primo principio deducuntur sic voluntas non eligit finem ut finem, sed ea solum modo quæ appetuntur in ordine ad finem.

Hinc 1° sequitur primum voluntatis actum non esse liberum sed omnino necessarium nam in ordine naturæ amor finis ultimi et boni generatim sumpti, est primus voluntatis actus in quo cæteri omnes fundantur: atqui amor finis ultimi non est liber sed necessarius, est quæ ipsius animæ impetus a quo abstinere non possumus

2° sequitur finem ut finem non esse objectum libertatis quia objectum libertatis debet esse bonum eligibile seu appetibile cum indifferentia: atqui finis ut finis non est ejusmodi ut patet cum præsupponatur ante omnem electionem et sit id propter quod eligitur atque fundamentum cujuslibet electionis uno verbo est id quod movet agens ad eligendum.

# Quotuplex Libertas

Nomine libertatis universim intelligitur quædam immunitas sive in scholis quadruplex generatim distinguitur scilicet a miseria, a peccato a coactione, et a necessitate

Libertas a miseria efficit hominem beatum.

Libertas a peccato reddit hominem justum

Libertas a coactione facit ut homo voluntarie et libenter agat

Libertas a necessitate facit ut agens libere et cum indifferentia agat Hinc ad meritum requiritur ut sua prodatum sit et vocatur libertas arbitrii seu facultas electiua

Libertas arbitrii duplex distinguitur puta contrarietatis et contradictionis

Libertas contrarietatis est facultas electiua actuum contrariorum V G amandi vel odio habendi bene vel male agendi, dicitur etiam libertas specificationis

Libertas contradictionis est facultas actuum contradicentium V G amandi vel non amandi agendi vel non agendi vocatur etiam libertas exercitii

Quod sit cum libertate appellatur liberum porro Liberum multiplex est ut supra diximus sic autem duplex precipue distinguitur nempe positiuum et priuatiuum

Liberum positiuum nihil aliud est quam positiuus actus V G amoris Dei

Liberum priuatiuum est omissio actus positiui imperati V G omissio actûs amoris Dei quo tempore ille actus imperatus

Omissio duplex distinguitur scilicet pura et non pura

Omissio pura est ea quæ nullum habet adjunctum voluntatis actum per quem voluntas velit

omissionem

Omissio non pura est ea quæ adjunctum habet aliquem actum per quem voluntas velit omissionem

Quæritur ibi utrum dari possit omissio libera pura?

Alii affirmant, alii negant: cum primis Sal

# Conclusio

Dari potest omissio pura libera

Probatur nam omissio pura libera est ea quæ nullum habet adjunctum actum positivum per quem voluntas velit omissionem aliqui dari potest omissio sine ullo actu positivo voluntatis. Ad hoc satis est quod voluntas possit remanere suspensa circa aliquem actum imperatum: aliqui resta se habet quam brevi potest ut quis Die Dominica V.G. attendens ad præceptum de audiendâ missa, non adsit tamen sacris, et maneat suspensus sine actu contrario aliqui in hac hypotesi daretur mera voluntate illius hominis omissio libera actus imperati sine alio actu positivo per quem velit omissionem Ergo &c

# Solvuntur Objectiones

Objicies 1°. ut aliquid sit libenum debet esse voluntum aliqui omissio pura non est voluta siquidem nullum habet adjunctum voluntatis actum Ergo &c

Dist maj debet esse volitum vel positive et actualiter vel negative et interpretative conc maj positive semper et actualiter N. maj alqui Ge Dutine ta pavitet minore N. conseam

Itaque omissio pura non est volita positive quia voluntas nullum habet actum positivum quo illam velit, sed est volita interpretative vel negative quatenus actus actui ipsi contrarius non est positive volitus et debuit voluntas illum actum velle

objicies 2° non magis potest dari omissio pura, quae sit mala et culpabilis quam potest dari omissio pura quae sit bona et laudabilis alqui haec ultima dari non potest Ergo &c

N. maj et paritatem ratio disparitatis est quod ad bonitatem multo plura requiruntur quam ad malitiam Juxta illud principium Bonum ex integra causa malum ex quolibet defectu Ad bonitatem requiritur intentio finis quae esse non potest sine actu ad malitiam vero sufficit absentia intentionis cum hanc intentionem habere debemus.

objicies 3.° Liberum fit a principio interno alqui omissio pura non fit a principio interno Ergo &c.

Dist maj liberum positivum fit a principio interno conc maj liberum privativum N. maj alqui ille concessa minore Dist consequens omissio pura

non est Libera positiue conc concedam priuatiue et negatiue N. concedo

Itaque quamuis omissio pure non sit libera positiue quia positiue non est uolita attamen libera est priuatiue quia in ea uoluntas priuatus actu positiuo quem potest et debet habere.

Objicies 4°. omne Liberum est exercitum libertatis alqui omissio pure non est exercitum libertatis

Dist maj. omne Liberum est exercitum libertatis positiuum uel priuatiuum conc maj positiuum tempore N. maj alqui &c Distincta minore ad secundum maj. N. concedo

Itaque cum libertas sit facultas agendi et non agendi ipsum non agere est usus et exercitum libertatis.

# De Principiis Actuum humanorum intrinsecis, et acquisitis

**Principia** actuum humanorum intrinseca et acquisita quae exercitatione et repetitis actibus comparantur dicuntur habitus qui boni sunt vel mali boni appellantur virtutes mali dicuntur vitia

1° agemus de habitibus in genere 2° de virtutibus in genere unde facile erit statuere quid sit sentiendum de vitiis in genere 3° denique disputabimus de variis virtutum speciebus unde pariter constabit quid statuendum sit de variis vitiorum speciebus

# De Habitibus Universim

**Habitus** est facilitas ad aliquid superadditus potentiae

**Habitus** vel sunt supernaturales vel naturales

**Habitus** supernaturales sunt ii qui supernaturalis

naturæ vires et qui producuntur a solo Deo unde dicuntur esse in nobis sine nobis tales sunt fides spes et caritas

Habitus naturales sunt illi qui non superant naturæ vires et proprio labore comparari possunt qualis est a G. Logica Metaphysica &c sic disputatur tantum de habitibus naturalibus non vero de supernaturalibus de quibus agere ad Theologos pertinet.

Quæritur primo utrum dentur habitus naturales?

Respondeo affirmative quare sit

## Conclusio 1.a

Dantur habitus naturales

Probatur nam habitus naturalis est facilitas agendi potentiæ naturali addita quæ repetitis actibus comparatur alqui dantur plurimæ potentiæ in nobis quæ repetitis actibus comparant quotidie facilitatem agendi V.G intellectus repetitis actibus comparat facilitatem ad actus scientiarum; pravitas voluntas comparat facilitatem ad actus virtutum atque etiam sæpius vitiorum. Ergo &c.

## Solvuntur Objectiones

Objicies illud non debet admitti quod tollit meritum alqui habitus tollunt meritum: nam illud tollit meritum quod tollit difficultatem alqui habitus

sunt ejusmodi ergo &c

N. mino ad cujus probationem dist maj illud tollit meritum quod tollit difficultatem ex parte operis conc maj. ex parte operantis N. maj atqui &c dist iuncta parte mino N. conscam

Equidem habitus tollit difficultatem ex parte operantis quia adjuvat et facilitat potentiam at opus non tollit difficultatem ex parte operis quia illud non immutat et proinde habitus non imminuit meritum sed potius auget. id enim majus est meritum quo minor est repugnantia agentis atqui proficiente habitu minor est repugnantia agentis VG viri probi cum se dat occasio promptius et libentius exercet actum virtutis

Instabis illud minuit meritum quod impedit augmentum meriti; atqui habitus impedit augmentum meriti nam difficultas operantis confert ad augmentum meriti VG. difficultas illius viduae de qua apud Marcum quae immisit in gazophylacium duo minuta id est duos denarios erat difficultas operantis: atqui haec difficultas auxit meritum illius viduae plus enim meruit testante Christo domino quam ceteri qui majorem pecuniae summam largiti fuerant

N. mino ad cujus probationem N. maj nam difficultas ex parte operantis est repugnantia et displicentia operantis atqui nedum haec augeant meritum illud tollunt omnino; difficultas autem illius viduae in exemplum allatae non fuit ex

ex parte operantis sed ex parte operis ovieba
pus enim ex alius paupertate ut patet Christi
verbis Marci 12° versu 44° omnes enim ex
eo quod abundabat illis miserunt haec autem, id
est vidua, de penuria sua omnia, quae habuit
misit totum victum suum, scilicet si comparetur
id quod dedit vidua cum eo quod ipsi remansit
plus dedit quam divites, servatâ enim proportione
rei ad rem plus remansit divitii quam viduae
Adde quod haec mulier praesentim meruit collau
dari a Christo quia prompthovi et alacriovi ani
mo atque majovi cum pietate duo minuta seu
duos denarios obtulerat quam caeteri divites qui
magnam quidem sed superbe et ambitiose attu
lerant pecuniae summam
Quaeritur 2° in quo reponi debeant habitus
Non nulli volunt habitus consistere in mera
impedimento rum remotione alii contendunt habitus
non consistere in sola remotione impedimento
rum sed in aliquo positivo seu aliqua positiva
modificatione quae potentiae subservat eam
que ad operandum adjuvet

## Conclusio 2a

**Habitus** non consistit in sola impedimen
torum remotione
**Probatur** nam habitus est qualitas regulata

achibus comparata qua facultas fit intrinsece
promptior et expeditior ad operandum atqui per
talem remotionem impedimentorum non intelligi
tur facultas brevi intrinsece promptior et expe
ditior ad operandum nam facultas non intelligitur
brevi intrinsece promptior et magis expedita ad
operandum nisi recipiat aliquid positivum quo
extrinsece adjunctus ad faciliùs et promptius
operandum atqui sola remotio impedimentorum non
est quid positivum quo intrinsece facultas adjunctus
ad operandum ut patet

DICES in eo consistit Gabitus quo posito statim ponitur et quo sublato tollitur atqui positis impedimentorum remotione ponitur Gabitus, sublata tollitur ergo &c.

DIST. Maj in eo consistit Gabitus quo posito tanquam illius essentiâ ponitur Gabitus Conc. Maj quo posito tanquam signo infallibiliter connexo ponitur Gabitus N. Maj atqui &c distincta pari ter minore N. concean

STAQUE quando removenda sunt impedimenta illorum remotio est signum infallibile comparati Gabitus quia facilitas agendi est infallibiliter connexa cum remotione impedimentorum sicut difficultas est infallibiliter connexa cum impedimentorum positione

## Conclusio 3.a

**Habitus** consistit in aliquo positivo

**Probatur** nam Habitus est facultas quædam respectu actibus comparata, quâ facultas intrinseca adjuvatur ut promptius et facilius operetur aliqui illo facultas est quid positivum, nam illud est quid positivum quo posito facultas aliter se habet intrinsece ac eo sublato: aliqui posito Habitu seu facilitate agendi facultas aliter se habet intrinsece ac eo sublato, cum accedente Habitu facultas intrinsece fiat promptior et magis expedita ad operandum; ergo Habitus est quid positivum et intrinsecum potentiæ, scilicet si sit spiritualis est intrinseca quædam substantia spiritualis modificatio; si sit corporeus, est quædam intrinseca ipsius corporis modificatio.

**Quod** spectat ad subjectum Habituum, sit

## Conclusio 4.a

**Deus** non est capax Habituum

**Probatur** nam ille non est capax Habituum qui non potest comparare facilitatem quâ promptius et expeditius agat: aliqui Deus non potest acquirere facilitatem quâ promptius et magis expedite agat: quia nullum in agendo experitur

difficultatem, et illius potentiæ perfici non possunt
Ergo &c

## Conclusio 5ª

**Homo** est capax habituum

**Probatur**. nam ille est capax habituum cujus potentiæ perfici possunt, et adjuvari ad faciliùs et expeditius operandum: atqui potentiæ hominis sunt quamodi: nam præcipuæ hominis potentiæ sunt intellectus et voluntas, imaginatio et appetitus sentiens; atqui illæ potentiæ sunt capaces habituum quæ nam illæ potentiæ capaces sunt habituum quæ repetitis actibus comparant facilitatem agendi: atqui intellectus, voluntas, imaginatio et appetitus sentiens repetitis actibus comparant quotidie facilitatem agendi ut experientia patet

## Conclusio 6ª

**Sensus** externi et organa corporea sunt capacia habituum.

**Probatur**. nam illæ facultates sunt capaces habituum quæ frequenti usu et exercitatione sic aptantur et disponuntur ut faciliùs et promptiùs suas exerceant functiones: atqui sensus externi et organa corporea frequenti usu et exercitatione sic aptantur et disponun

disponuntur ut postea facilius et promptius suas
exerceant functiones V.g lingua, digiti, pedes &c
usu et exercitatione sic disponuntur et aptantur
quoad modificationem, figuram et situm suarum partium intervarum ut postea facilius et
promptius suos motus perficiant et exequantur
Ergo &c.

Ex hac conclusione patet bellua esse habituum capaces.

Quæritur 1° quænam sit causa efficiens
habituum?

Respondeo habitus comparavi per actus
repetitos habitus enim est facilitas agendi
usu et exercitatione comparata atqui illa
facilitas habevi non potest nisi per actus repetitos ut patentur omnes

Quæritur 2° utrum habitus primo actu
comparavi possit

Respondeo per habitum vel intelligitur
aliqua operandi facilitas sive illa parva sit
sive magna vel intelligitur facilitas constans
et firmas. Si per habitum intelligitur facilitas
quælibet etiam minima, habitus comparatur
per primum actum, quia per primum actum
acquiritur aliqua facilitas operandi si quidem
primo actu exercitii animi modificatio sit aptitu

de habitu spirituali; exurgit vero modificatus corporis si sermo sit de habitu corporeo verum si per habitum intelligitur facilitas operandi constans et firma habitus primo actu non comparatus ut patet.

Dices habitus nullo modo producitur per primum actum si posito primo actu nunquam intelligatur habitus in nobis; atqui restat ergo &c.

Dist maj habitus nullo modo producitur per primum actum si posito primo actu nundum intelligatur habitus quoad substantiam conc maj quoad actum N. maj. atqui &c distincta minore N. concam

Itaque in habitu duo distinguuntur scilicet substantia seu natura, et status. natura habitûs est facilitas operandi sive magna sive parva sit. Status ipsius habitûs est facilitas firma et constans operandi

Equidem si habitus spectetur quoad statum non producitur primo actu, secùs vero si consideretur quoad naturam, quia primo actu comparatur facilitas operandi, quamvis parva illa sit adhuc et infirma

Quæritur 3o utrum habitus possint augeri, minui, atque etiam destrui et quibus factibus id fiat

Respondeo. habitus posse augeri, minui atque etiam destrui.

Verum observa 1° habitus possunt augevi duobus modis intensive et extensive

Habitus augetur extensive quando se sa extendit ad diversa objecta VG. habitus logicæ augetur extensive quando a facilitate definiendi transit ad facilitatem argumentandi

Habitus augetur intensive quando magis ac magis perficitur circa idem objectum VG. Logica intenditur quando magis ac magis perficitur circa argumentationem

Observa 2ª argumentatio habituum proprie non repetitur a subjecto sed ab objecto; ita ut habitus dicatur extendi, quando ab una objecti parte, transit ad aliam VG habitus astronomiæ augetur extensive quando a motu solis transit ad motum lunæ, augetur intensive quando circa idem objectum magis perficitur VG circa motum solis quem admodum etiam ostendimus supra exemplo logicæ. His positis sit

## conclusio 7.ª

Habitus possunt augevi per actus æquales atque etiam remissiores

Probatur nam augentur habitus quando circa idem objectum magis ac magis perficiuntur: atqui circa idem objectum magis ac magis perfici possunt habitus per actus æquales atque etiam remissi

remissiones. Hinc enim habitus magis perficiuntur quando nouam acquirunt perfectionem sine detrimento prioris: atqui per actus æquales vel etiam remissiones habitus acquirunt nouam perfectionem sine detrimento prioris: ad hoc satis est quod actus æquales uel etiam remissiones debeant producere facultatem sibi respondentem, neque præterea prior facilitas jam producta destruatur: atqui res ita se habet; proinde quæ nouæ illo facilitas producta nouam addere debet perfectionem habitui sine ullo detrimento prioris: quo enim pluræ sunt agentia adjuuantia et concurrentia, eo major est vis actiua totalis; et consequenter habitus intendi possunt per actus æquales atque etiam remissiones.

## Solvuntur Objectiones

**Objicies 1°.** actus intendens qualitatem talis esse debet, ut ipsam qualitatem paulatim intensam producere potuisset si non reperisset productam: atqui actus remissus non est ejusmodi ergo &c.

**N. maj** nam ut actus intendat aliquam qualitatem sufficit quod producat aliquem terminum actuum sine detrimento prioris jam producti si quidem multiplicatis viribus agens fortius et promptius operatur ut videre est in sono et in motu proinde que necesse non est, ut actus intendens qualitatem talis sit ut ipsam qualitatem similiter intensam produxisset, nisi eam inuenisset productam.

objicies 2° licet non desit actuum remissorum repetitio frequens, habitus comparatus imminuitur et tandem omnino deficit ergo habitus non potest augeri per actus remissiores

Dist. antēcens licet non desit actuum repetitio frequens habitus comparatus imminuitur et tandem extinguitur per accidens cone antecens per se N. antēcens

Itaque licet non desit frequens actuum remissorum repetitio, habitus comparatus paulatim imminuitur et omnino deficit, quia causa contraria id est, actus repugnantes paulatim debilitant et destruunt habitum nec actus remissiores possunt illum restituere destructum, si aqua ebulliens, si abeunti loco removeatur, et ipsi subjiciatur ignis multo remissior, paulatim refrigescit, non quod ignis remissior non producat calorem sibi respondentem, sed quia frigus aëris circumstantis plus caloris destruit quam remissior ignis reparare possit

Quod pertinet ad destructionem et corruptionem habituum non una est philosophorum sententia, quia non nulli putant sola actuum cessatione habitus imminui et postea omnino destrui, alii aliter sentiunt.

Observa quatuor modis qualitatem subjecto ingaventem posse corrumpi primo des

destructione subjecti, sic pereret calor ferri si ferrum annihilaretur 2° oppositione contrarii, sic perit calor aquæ introductione frigoris, 3° substractione concursus divini, sic desineret quæcunq creatura cum suis modificationibus si Deus illam conservare cessaret 4° substractione causæ secundæ qua mediante conservatur qualitas, sic pereret lumen substractione solis, aut facis accensæ.

Constat habitum perire posse substractione subjecti, concursûs divini, et oppositione contrarii, aliquando etiam substractione causæ secundæ, sed Quæritur utrum sola cessatione actuum debilitetur habitus, et tandem omnino evanescat.

## Conclusio 8ª

Habitus sola cessatione actuum perire non potest

Probatur nam illa qualitas sola actuum cessatione non potest perire quæ non indiget perenni influxu actûs ad sui conservationem: atqui talis est habitus: nam si actus deberet perpetuo influere in habitum actu transacto statim perit habitus, ut extincta face perit lumen: atqui habitus non perit ubi primum cessant actus; quem admodum experientia constat ergo habitus non indiget perpetuo influxu ipsius actûs et consequenter sola actuum cessatione perire non debet.

## Conclusio 9.a

**Habitus** non pevit nisi oppositione habitus contvavii

**Probatur.** nam habitus pevire non debet nisi oppositione illius quod cum ipso non potest simpliciter consisteve, sed habitus contvavius non potest simpliciter consisteve cum alio habitu sibi contvavio V.G habitus scientiae simpliciter stave non potest cum habitu evrovis contvavio Ergo habitus pevit oppositione contvavii, nec alia vatione intelligitur pevive potte

## De Vvtute morali in gevve

**Diximus** initio huius ce disputationis habitus naturales de quibus hic agitur esse facilitates quasdam ad operandum, quae possunt reperiri vel in intellectu, vel in voluntate, vel in imaginatione, vel in appetitu sensitivo; verum eo loci loquimur de habitibus pvo ut pertinent ad voluntatem, illi autem habitus vel inclinant voluntatem ad bonum movale et dicuntur virtutes vel eam inclinant ad malum et appellantur vitia

Virtus sumitur vel juxta interpretationem nominis vel juxta ejusdem nominis usum

Virtus juxta interpretationem nominis, inquit Cicero, a viris nomen mutuata est, quod virtus virum faciat; nec vir sit qui virtute careat

Virtus juxta usum nominis multipliciter definitur a Platone dicitur animæ sanctas qualitudo, et robur, a Tullio vocatur animi affecto constans, conveniens, laudabilitas que afficiens eos quibus inest ab Augustino finitur bona qualitas mentis qua vecte utimur, et qua nullus male utitur denique ab Aristotele virtus definitur habitus electivus aeva cum ratione consistens in mediocritate, definita secundum judicium viri prudentis

Hanc definitionem exponimus in compendio occasione duarum posteriorum definitionum earum notis morali quarum altera ab Augustino altera ab Aristotele tradita fuit

Sic duplex proponitur quæstio

Prima utrum virtus sit habitus essentialiter bonus Secunda utrum in medio sit posita




PLATON fut un tres grand Philosophe, et fut appellé Platon accause qu'il auoit les espaules larges. Prince de l'academie. il fut disciple de Socrate. il fut en Italie pour entendre les Pitagoriens, de la il fut en Egypte ou il leut les liures de Moyse. et fut le premier Autheur du Dialogue. et mourut agé de. 88. ans. mangé de poux.

Paris Chez Vallet

SORBONNE

Prima utrum virtus sit habitus essentialiter bonus: secunda utrum in medio sit posita

Quod spectat ad primam quæstionem utrum virtus sit habitus essentialiter bonus

Observa 1.° habitus virtutis moralis potest spectari sub duplici respectu primo formaliter quatenus est virtus moralis 2.° materialiter et specifice quatenus est &c et dic habitus virtutis moralis V G quatenus est habitus justitiæ fatentur omnes virtutem moralem formaliter sumptam non posse inclinare nisi ad actus bonos proinde quæ eam esse sub illo respectu essentialiter bonam verum acriter disputant inter se pgili sophi utrum habitus qui est virtus moralis quando specifice sumitur posse inclinare ad actus malos

Observa 2.° duo esse distinguenda in virtute morali scilicet officium et finem. Officium virtutis moralis est id quod agendum incumbit V G jus reddendum respectu justitiæ, largitio pecuniæ respectu liberalitatis; finis moralis est id propter quod agendum est

Constat habitum virtutis inclinare essentialiter ad bona officia sed quæstio est utrum aliquis possit uti habitu virtutis moralis ad malum finem V G habitu justitiæ ad reddendum jus

propter uanam gloriam

Observa 3° uirtutem moralem posse spec
tari dupliciter modis scilicet ex parte corporis et
ex parte animæ

Virtus moralis ex parte corporis est ea cor
poris habitudo quæ rectæ rationi seu virtuti
famulatur qualis reperitur in his hominibus
qui cum longo tempore restiterunt suis cupi
ditatibus vix ullos sentiunt rebelles motus in
suo corpore

Virtus moralis ex parte animæ est quæ
dam qualitas mentis insidens quâ homo reli
natus ad operandum propter honestatem his
positus sit

## Conclusio 1.ª

Virtute moralis seu habitus virtutis
ex parte corporis non est essentialiter bonus

Probatur nam ille habitus non est essentia
liter bonus quo possumus abuti aliqui abuti
possumus habitu virtutis ex parte corporis
spectato: nam possumus abuti eo habitu qui
subjacet voluntatis imperio nec dicit ordinem
essentialem ad finem honestum aliqui habitus
virtutis si ex parte corporis spectetur subji
citur voluntatis imperio nec habet ordinem

ordinem essentialem ad finem honestum primo subjacet imperio voluntatis quia pertinet ad potentiam quae nata est obedire voluntati secundo ea corporis habitudo non dicit ordinem essentialem ad finem honestum quae aeque commovari potest agendo propter malum quam propter bonum finem aliqui talis est illa corporis habitudo quae solet servire virtuti vel qui vana alicujus numinis falsi opinione deceptus compescuit cupiditates et rebelles sui corporis motus eandem acquisivit in suo corpore habitudinem et facilitatem quam acquisivisset si propter deum verum egisset perinde enim est quoad corpus unum propter verum an propter falsum deum agatur non enim aliter corpus afficitur in hac vita a vero quam a falsi numinis cognitione amove et hmove

De hac conclusione satis inter se consentiunt philosophi sed quaestio est de virtute morali ex parte animae considerata quare sit

## Conclusio 2.a

**Virtus** moralis ex parte animae est habitus essentialiter bonus ita ut nemo ipso abuti possit

**Probatur** nam virtus moralis ex parte animae est bona qualitas mentis qua homo inclinatur ad operandum propter honestatem

atqui nemo potest abuti hac bona qualitate seu habitu nam nemo potest abuti eo habitu ad malum finem qui essentialiter ordinatus ad actiones honestas atqui habitus quo homo indi natus ad operandum propter honestatem essen tialiter ordinatur ad actiones honestas ut patet

## Solvuntur Objiciesi

Objicies Ille habitus non est essentia liter bonus quo quis saepe abutitur, atqui saepe homines abuuntur habitu virtutis moralis VG superbiunt saepe de sua virtute ergo &c

Dist maj ille habitus non est essentialiter bonus quo quis saepe abutitur tanquam princi pio suae actionis conc maj tanquam objecto suae actionis ne maj atqui &c dist minorem ad sensum maj. N. consequ

Itaque qui superbiunt de sua virtute ea abuuntur tanquam objecta et occasione actus mali secundo saepe homines abuuntur Deo caeteris que rebus vel sanctissimis sed non abuuntur virtute tanquam principio suae actionis ita ut habitus virtutis sit principium superbiae

Instabis tam potest quis abuti virtute tan quam principio quam reliquis in se bonis sit quam potest quis male uti calamo bene aptato atqui hoc ultimum saepe contingit ergo &c

N maj et pavitatem ratio dispavitatis est quod modus utendi calamo penitus pendet a manu quae potest ad habitum moueri contra uero — virtus essentialiter ordinatur ad honestatem et in se includit judicium rectum quod non potest flecti ad oppositum alioquin foret simul per uersum et rectum quod implicat

instabis potest quis male uti habitu scientiae. Ergo et habitus virtutis

N consequam et pavitatem ratio dispavitatis est quod scientia ex se ad uerum non uero ad honestatem ordinatur immo ex illa objectione quaeri uerum nostrae scientiae si comparatio bene instituatur scilicet sic habet habitus virtutis ad honestatem sicut habitus scientiae ad uerum atqui habitus scientiae ita inclinat et determinat ad uerum ut ad error non possit deflecti Ergo a pari habitus virtutis ita determinatus est ad honestatem ut eo nullus possit abuti ad [illegible] peccandum

Objicies 1° potest quis abuti eo habitu qui est indifferens atqui habitus virtutis est indifferens cum sit electivus. Ergo &c.

Dist maj potest quis abuti eo habitu qui est indifferens indifferentia contrarietatis conc maj contradictionis N. maj: atqui &c.

Distincta min. ad sensum maj. N. consequentia

Equidem habitus virtutis est indifferens indifferentia contradictionis et exercitii, qui potest exercevi vel non exercevi: at vero non est indifferens indifferentia contrarietatis scilicet ad bonum et malum: siquidem virtus ut supra dictum est determinata est ad bonum bonum sicut scientia determinata est ad verum verum Ergo ex hypothesi quod homo agat ex virtute necessario agit propter honestatem

Objicies 2°. potest supponi Christianus temperans qui deficiat ad impietatem Mahumetanam atqui in illa hypothesi habitus temperantiae illum inclinabit ad jejunandum propter Mahumetem et proinde ad actum malum

Dist min habitus temperantiae sanandus et ex parte corporis huic homini inclinabit ad actum malum Conc. maj. habitus temperantiae principis et ex parte animae N. min Ergo &c distincto consequente ad sensum mino N. consequam

Itaque habitus temperantiae potest hic tali ex parte corporis et ex parte animae

Habitus temperantiae ex parte corporis est ea corporis modificatio et dispositio quae

solet famulari animæ in actibus temperantiæ

Habitus temperantiæ ex parte animæ est bona animæ affectio, et inclinatio, qua mens facilitatur et impellitur ad honestatem in actibus temperantiæ

Equidem ille Apostata et defector Religionis Christianæ habuerit habitum temperantiæ ex parte corporis, quia ea corporis habitudo quæ virtuti famulari solebat servivet impietati at vero non habuerit habitus habitus temperantiæ ex parte animæ, idest temperantia non esset principium illius actionis quia temperantia ex parte animæ essentialiter inclinat voluntatem ad honestatem in suis actibus

objicies 4° finis et circumstantiæ non essentiales sed accidentariæ habitui virtutis ergo idem habitus potest mutare finem et circumstantias atque adeo ex bono fieri malus.

Dist antecens finis et circumstantiæ sunt accidentariæ habitui virtutis ex parte corporis consideratio conc. antēns ex parte animæ N. antēns ergo &c N. consequn —

Itaque finis et circumstantiæ non sunt essentiales sed accidentariæ habitui virtutis ex parte corporis considerato idest ratione illius facilitatis quæ inest corpori et solet servire virtutibus quia illa facilitas licet per actus honestos

acquisito tam potest dici a bonum quam ad malum finem alvevo finis et circumstantiae sunt essentiales habitui virtutis ex parte animae quia virtus pro ut est in anima primario et essentialiter inclinat ad honestatem ergo quod sit propter malum finem et in pravis circumstantiis non sit ex virtute

INSTABIS finis honestus est aliquid virtuti extrinsecum ergo virtus ratione finis non est habitus essentialiter bonus

RESPONDEO finem esse quidem aliquid extrinsecum virtuti attamen ordo virtutis ad honestatem est quid virtuti intrinsecum et omnino essentiale.

QUOD pertinet ad aliam quaestionem utrum scilicet virtus posita sit in medio

OBSERVA aliquid potest dici esse in medio duobus modis nimirum positive et negative

ILLUD est in medio positive quod est inter duo extrema quorum unum est defectus et alterum excessus. VG. manducare quantum decet dicitur esse in medio positive quia est inter duo extrema quorum unum est defectus nimirum manducare minus quam decet, et alterum excessus scilicet manducare plus quam decet proinde manducare quantum decet consistit in medio id est mediocritate positive

Illud est in medio negatiue quo positum est in aliquo statu neque excedente neque deficiente sine sit capax excessûs sine non sit talis est paupertas Euangelica diuitiarum; est enim in statu neque excedente, neque deficiente quamuis non habeat duo extrema quorum unum sit excessus et alterum sit defectus quia nemo potest peccare contra paupertatem euangelicam excedendo eum sic uersetur circa diuitias ut illas reijciat omnino et contemnat sic positus sit

## Conclusio I.a

**Omnis** Virtus moralis consistit in medio negatiue

**Probatur** nam illud consistit in medio negatiue quod positum est in statu neque excedente neque deficiente, sine sit capax excessus sine non sit; alqui virtus moralis consistit in statu neque excedente neque deficiente, nam omnis virtus moralis est electiua rei conformis rectæ rationi alqui res conformis rectæ rationi neque excedit neque deficit Ergo &c.

**Hinc** sequitur uirtutem moralem esse in medio causaliter quemad modum aiunt nonnulli quia illud est in medio causaliter quod inclinat ad actus neque deficientes

neque excedentes alqui motus moralis ad actus declinandos qui neque exadant neque deficiant

Ergo &c

Jam-vero motus moralis spectari potest tum ratione objecti tum ratione finis tum ratione circumstantiarum simul quare sit

## Conclusio 2a

Omnis virtus moralis spectata tum ratione subjecti tum ratione finis tum ratione circumstantiarum consistit in medio positive

Probatur nam illa virtus consistit in medio positive quae est inter duo extrema quo unum defectus et alterum excessus: atqui nulla est virtus moralis quae vel ratione objecti vel ratione finis vel ratione circumstantiarum non habeat excessum et defectum quos declinare debet et quibus peccari potest contra virtutem Ergo &c

Sapientes consentiunt inter se et philosophi de duabus superioribus actionibus sed controversia est inter ipsos utrum omnis virtus moralis consistat in medio positive ratione objecti hoc est utrum versetur circa aliquod objectum vel materiam quae suscipiendo plus et minus possit esse capax duplicis vitii unius scilicet per excessum et

alterius per defectum

## Conclusio 3ª

**Omnis** virtus moralis non est in medio positive rationis objecti seu materiae circa quam versatur

**Probatur**. Nam illa virtus non est in medio positive rationis objecti seu materiae circa quam versatur cujus materia non suscipit magis et minus atqui dantur virtutes morales quarum materia non suscipit magis et minus tales sunt V.G. virginitas et paupertas evangelica ergo &c

Sic speciatim disputatur de justitia unum scilicet posita est in medio positive rationis objecti et materiae circa quam versatur

**Justitia** definitur virtus moralis inclinans voluntatem ad reddendum unicuique quod suum est triplex distinguitur justitia nempe commutativa distributiva et vindicativa

**Justitia** commutativa est ea qua suum cuique reddit in commutationibus id est emptionibus venditionibus locationibus et aliis ejusmodi

**Justitia** distributiva seu remunerativa est ea qua suum cuique reddit in praemiis laudis

laudabilium actionum

Justitia vindicativa est ea quae suum cuique reddit in supplicijs vituperabilium actionum his praemissis sit

## Conclusio 4.a

Nulla justitiae species est in medio positivae rationes objecti seu materiae circa quam versatur

Probatur nam illa virtus non est in medio positivè rationem materiae in qua peccari non potest per excessum: atqui nulla est justitiae species in qua peccari possit per excessum nam si quis peccaret in aliqua justitiae specie per excessum peccaret tribuendo alteri plus quam suum est scilicet bonum vel malum: atqui in nulla justitiae specie quisquam peccare potest tribuendo alteri plus quam suum est bonum vel malum ita ut excedat Nemo enim peccat in materia justitiae nisi quatenus facit alteri injuriam atqui nullus praeci. è tribuendo alteri plus quam suum est sive bonum sive malum facit injuriam ita ut excedat primo si sit bonum cui deest quod non sit injuriam; nemo enim potest conqueri, quod sibi tribuatur plus boni, quam juxta ad ipsum pertineat secundo si sit malum sit quidem in

injuria ~~=~~ sed deficiendo qualenus scilicet tribuendo malum vitium debono plus quam par est: ergo in nulla justitiae specie peccari potest praecise per excessum sed tantum per defectum

Et certe triplex est justitia scilicet commutativa distributiva et vindicativa: atqui peccari non potest per excessum in qae triplici justitia quia excessus non est vitiosus nisi qualenus habet adjunctum defectum V.G. in justitia distributiva decernat princeps centum nummos militibus fortiter pugnantibus Valdux exercitus centum nummos distribuet militibus vel pauciores vel plures; si centum largitur tribuet cuique quod suum est nec ullo modo peccabit si pauciores peccabit quidem adversus justitiam sed per defectum imminuens scilicet bona militum si distribuat plures quam centum nummos adversus justitiam peccabit, non quidem erga milites quorum bona auget sed erga principem deficiendo, detrahens scilicet de bonis illius idem dicendum de aliis justitiae speciebus ergo nulla est justitiae species in qua peccari possit per excessum sed tantum per defectum

## Solutio Objectae

**Objicies I°** illa virtus est in medio

positiue valore materiae in cuius materia
reperitur defectus et excessus alqui in materia
justitiae reperitur excessus et defectus, nam
materia justitiae v.g vindicatiuae sunt poenae
alqui in poenis potest dari excessus, infligere
enim centum plagas pro quadraginta est
excessus in poenis: alqui potest judex infligere
centum plagas pro quadraginta
N mino. ad cuius probationem dist majo.
materia justitiae vindicatiuae sunt poenae rela
tiue spectatae Conc maj sunt poenae absolute
spectatae N. maj alqui &c distincta minore
ad sensum maj. N. conscam
Poenae absolutè spectatae sunt ictus inflic
tj Poenae relatiue spectatae sunt idem ictus
quatenus resarciunt actoris damnum et servant
commodum sontis
Equidem poenae sunt materia justitiae
vindicatiuae sed quatenus relatiuè sumuntur
porro in poenis relatiue sumptis non potest esse
excessus saltem qui sit vitiosus ergo &c
Ind labis alqui in poenis relatiue sumptis potest
esse excessus nam poenae sumuntur relatiue quando
comparantur ad actorem alqui potest esse excessus
in poenis comparatis ad actorem nam dare actori
plus quam par sit est excessus relatiue sumptus
ad actorem atqui dari potest actori plus poenarum

id est satisfactionis quam par sit ergo &c

N. subsumptum ad cujus probationem dist
min potest esse excessus in pœnis comparate ad
actorem qui excessus relatus ad actorem non
sit vitiosus conc min qui sit vitiosus ergo &c
Distincto consequente ad sensum mino N. concedam
Itaque excessus respectu actoris non est viti-
osus quia tribuit actori plus satisfactionis, id est
boni quam ipsi debebatur atqui dare alicui plus
boni quam ipsi debetur non est vitium igitur
in eo totum consistit vitium quod hâc ratione
fiat imminutio juris et boni hominis rei pro-
indeque quod reverâ sit defectus
Instabis atqui talis excessus est vitiosus nam
ille excessus est vitiosus qui tollit rationem just
hoc atqui talis excessus relatus ad actorem
rationem justitiæ tollit
N. subsumptum ad cujus probationem dist
maj ille excessus est vitiosus qui tollit rationem
justitiæ per vitium oppositum conc maj per aliam
virtutem N. maj &tqui &c distincta minore ad
sensum majo N. concedam
Equidem ille excessus potest dici sollere
rationem justitiæ sed id fit per aliam virtu
tem nempe per liberalitatem V G in justitia
distributiva supponatur dux exercitûs qui
acceperit centum nummos distribuendos ex —

230

aquo duobus militibus, det autem unus militi octoginta nummos certe in hac hypothesi non peccat dux quod dederit octoginta nummos uni militi sed quod alteri detraxerit viginta ita ut si alter miles non laederetur nullius criminis dux posset argui

**objicies** 2. pluves infligere poenas quam oportet et excedere in poenis aliqui judex crudelis potest infligere plus poenarum quam oportet

**Dist maj** plus infligere poenarum quam oportet et excedere in poenis absolute sumptis conc maj relative sumptis N. maj aliqui de concessa minore et distincto consequente ad sensum majoris N. conseam

**Itaque** esto quod crudelis judex possit excedere in poenis infligendis sed non peccat excessu poenarum sed quatenus ille excessus est minuto juris alicui peccare excessu poenarum quatenus est in minuto juris et peccare deficiendo non excedendo ergo &c

**Instabis** ex illa responsione sequitur excessum et defectum in poenis esse unum et idem peccatum sed deficiens circa justitiam vindicativam alicui hoc absurdum est ergo &c

**Dist maj** sequitur excessum et defectum in poenis esse unum et idem peccatum respectu diversarum personarum nempe contra

et actovis conc maj respectus unius et ejusdem
personæ n. maj aliqui &c distincta minore
ad sensum maj n. concean

Itaque excessus in genere est peccatum defici
ens respectu sortis et defectus in genere est pecca
tum deficiens respectu actoris quia defectus
in genere detrahit de jure actoris et excessus in
genere detrahit de jure sortis

Quæritur utrum numerus virtutum par
sit numero vitiorum quod ut solvatur sit

# Conclusio 5.a

**Numerus** Virtutum non est par
numero vitiorum

**Probatur** Nam numerus virtutum non est
par numero vitiorum si virtutes quæ sunt
in medio formaliter habeant duo vitia sibi
opposita: aliqui virtutes quæ sunt in medio
formaliter et positive sic se habent nam vir
tus consistens in medio formaliter et positive
est electiva medii constituti inter duo extrema
opposita scilicet extremum defectus et extre
mum excessus aliqui virtus non potest esse
electiva medii constituti inter duo extrema
opposita scilicet inter extremum excessus et
extremum defectus quia una virtus sit inter
duo vitia VG liberalitas consistens in medio
formaliter habet avaritiam et prodigalitatem

tanquam duo extrema sibi opposita quorum
unum est excedens et alterum deficiens nam
prodigalitas est affectus dandi plus quam decet
et auaritia est affectus dandi minus quam
decet Ergo una et eadem Virtus si consistat
in medio formaliter habet duo Vitia sibi
opposita profunde quae numerus Virtutum con-
est par numero Vitiorum

Quaeritur utrum virtutes sint inter se con-
nexae quod ut soluatur

Obserua primo ex virtutibus aliae dicuntur
communes quia pertinent ad omnem vitae statum
quales sunt virtutes cardinales aliae dicuntur
speciales quae pertinent tantum ad aliquem vitae
statum qualis est uirginitas, paupertas euange-
lica; non agitur ibi de Virtutibus quae propriae
sunt alicui vitae statui sed de his quae sunt
communes et pertinent ad quemlibet vitae statum
et quaeritur utrum ita sint inter se connexae
ut una non possit esse sine altera

Obserua secundo triplicem vulgo distinguii
statum virtutis scilicet continentiae temperan-
tiae et statum fervoris

Status continentiae qui dicitur etiam Status
incipientium est ille in quo virtus adhuc
dum infirma et instabilis facile vincitur
talis est status virtutis inchoatae

Status temperantiae qui dicitur etiam

Status proficientium est ille in quo virtus
jam firma et stabilis difficiles victus talis est
status virtutis jam provecte
Status heroicus est ille in quo virtus cons
stans et firma jam vinci non potest immo
nequit retardari difficultatibus talis est virtus
heroum quae est perfecta et consummata
his praemissis sit

# Conclusio 6.a

**Virtutes** sunt inter se connexae in
statu heroico

**Probatur** nam virtus in statu heroico debet
esse ita constans et firma ut nullis difficul
tatibus frangatur et retardetur atqui sine
consortio aliarum virtutum nulla virtus mo
ralis potest esse ita constans et firma ut
nullis difficultatibus frangatur et retardetur
nam ut Virtus moralis sit ejusmodi debet
facile admodum superare difficultates ortas
etiam ex aliarum virtutum materia atqui
difficultates quae oriuntur ex materia ali
arum virtutum superari non possunt sine
illarum virtutum consortio et auxilio VG.
Justitiae non potest vincere omnes tenta
tiones nisi cum quneta fuerit cum forti
tudine temperantia et aliis virtutibus

nisi enim judex fuerit vir fortis potuerit metu mortis intentatae a juve veddendo delev revi, nisi fuerit temperans oblata libidinis explendae occasione frangetur: Ergo difficultates quae oriuntur ex materiâ aliarum virtutum separari non possunt sine illis virtutibus proinde quae virtutes morales communes sunt necessario inter se connexae in Statu Gervico

## Solutio Objectionis

**Objicies 1°** in Alexandro in Caesare et aliis bene multis ducibus fuit fortitudo in statu Gervico atqui in illis ducibus non fuerunt caeterae virtutes Ergo &c

N. Maj namille non censetur habere fortitudinem in Statu Gervico qui vincitur a vitiis et cupiditatibus atqui alexander virtus erat ab elvietate Caesar avo a dominandi cupiditate Ergo &c.

**Objicies 2°** ea non sunt necessario connexa quorum unum potest esse sine alio atqui una virtus moralis potest esse sine alia Ergo &c

Dist. Maj ea non sunt necessario connexa quorum unum potest esse sine alio tum absolu

absolutè tum relativè conc maj absolutè tantum N. maj. alqui de distinctâ min. ad sensum maj. N. conclusa

Itaque si virtutes morales spectentur absolute et pro ut sunt bonae mentis affectiones posse esse sine se invicem non vero si spectentur relative ad statum servicum de quo agimus

**objicies 3°** Judex potest ex proprio motivo justitiae superare voluptates et pericula quibus advocatus a reddendo unicuique quod suum est alqui judex ille non habebat virtutem fortitudinis et temperantiae ergo justitia potest esse in statu servico sine aliarum virtutum consortio

**Dist maj** potest judex ex proprio motivo justitiae superare voluptates et pericula semel aut iterum, id quo agere ad modum conc maj constanter et facile N. maj alqui de distincta minore ad sensum maj. N. conclusa

Itaque judex ex proprio motivo justitiae potuit fortasse semel aut iterum vincere difficultates quae occurrunt in jure reddendo sed id non praestabit constanter et ita facile et prompte ac si ageret ex motivo virtutum specialium ad quas pertinet ejusmodi diffi

difficultates et consequenter judex ille non habebit virtutem justitiæ in statu Heroico

**objicies 4.^a** potest supponi judex semper bene exercuisse justitiam nec ullum unquam exercuisse actum fortitudinis quia defuit occasio; atqui in illa hypotesi erit perfecta justitia sine fortitudine ergo &c.

**Dist maj.** potest supponi judex nullum exercuisse actum fortitudinis externum conc maj internum N. maj. &c.

**Duplex** virtutis actus distingui potest nempe internus et externus

**actus** internus virtutis est actus mentis affectio cum recto proposito agendi circa materiam virtutis propter honestatem.

**actus** externus virtutis est actus exercitium in materia virtutis externa et sensibilis

**Quapropter** in allata hypotesi nullos fortasse judex elicuit actus externos fortitudinis defectu occasionis sed non potuit exercere justitiam perfecte nisi pluves elicuevit actus fortitudinis saltem internos. nam non potuit exercere justitiam ut par est nisi habuevit rectum in rebus omnibus judicium. cum sine illo judicio justitia non possit esse in statu heroico. atqui rectum istud judicium importat

actionem animi affectionem, rectumque propo-
situm agendi circa materiam cujuslibet vir-
tutis Hoc autem sufficit ut illa judex dicatur
prædictus habitus cæterarum virtutum

Adde quod responderi potest justitiam illius
hominis non esse in statu peccati quia si forte
incideret occasio defectu fortitudinis V.G.
deserendi fugæ intentatæ a juvene reddendo
et defectu temperantiæ frangendæ oblatæ
libidinis explendæ occasione

Objicies 5° Vitia in statu peccati
non sunt connexa; ergo et Virtutes in statu
peccati connexæ dici non debent

Dist antecens vitia in statu peccati non
sunt connexa quando se mutuo juvare non
possunt conc antecens quando non sunt se mutuo
juvare N. antecens ergo &c Distincto consequente
ad sensum antecentis N. conseam

Itaque Vitia duplicis distinguendi debent
genevis alia scilicet quæ se mutuo adjuvant
ut injustitia et intemperantia superbia et
crudelitas, alia quæ se mutuo non adju-
vant ut prodigalitas et avaritia

Equidem vitia in statu peccati non
sunt connexa si se mutuo adjuvare neque
aut contra vero si se mutuo adjuvare

possint idem dicendum de Virtutibus; connectuntur in Statu Gloriæ quando se se adjuvare possunt, secus si mutuam sibi non possint ferre opem, prout de quo patet ubique ratio

Objicies 6°. Virtutes intellectûs non sunt necessario connexæ in statu perfecto Ergo nec virtutes morales

Distantcens Virtutes intellectûs quæ se adjuvare nequeunt non sunt necessario connexæ in statu perfecto Conc antcens secus N. antcens Ergo &c patet Solutio ex supra dictis

Hinc cæteræ Scientiæ Metaphysica V.G. in Statu perfecto necessario connexa est cum logica

# De Subjecto Virtutum Moralium

Quæritur ibi quodnam Rt Supectum Virtutum moralium Scilicet an in intellectu et Voluntate dumtaxat an etiam in appetitu sensitivo admittendæ sint virtutes morales

Quatuor sunt ut dictum est supra virtutes morales cardinales Scilicet prudentia

justitia fortitudo et temperantia de prudentia et justitia satis consentunt p Salustio si illas residere partim in intellectu et voluntate quare controversia est dumtaxat de fortitudine et temperantia utrum in appetitu sensitivo tantum an vero etiam in voluntate reponi debeant

# Conclusio 1.a

**Admittendi** sunt habitus fortitudinis et temperantiæ in voluntate et in appetitu sensitivo

**Probatur**. nam quoties duæ facultates sic se habent ut una moveatur per aliam ad aliquid operandum ita ut utraque patiatur aliquam difficultatem in operando toties habitus facilitans præcipue quidem pertinet ad facultatem movens sed in facultate quæ movetur admittendus est etiam habitus facilitans ad obsequendum ei qui appetitus sentiens movetur per voluntatem ad actus temperantiæ et fortitudinis ita ut voluntas et appetitus sentiens patiantur difficultatem voluntas quidem imperando appetitus vero sentiens obsequendo Sed in voluntate et appetitu sensitivo admittendi sunt habitus temperantiæ et fortitudinis ita ut habitus imperantes

24°
temperantiæ et fortitudinis pertineant ad voluntatem
Habitus vero famulantes pertineant ad appetitum
sentientem quæ est

# Conclusio 2ª

Fortitudo et temperantia quæ
sunt propriæ virtutes morales in sola voluntate
debent admitti

Probatur nam virtutes morales debent admitti
in ea sola facultate quæ potest versari circa objec-
tum proprium virtutum moralium atqui sola volun-
tas potest versari circa objectum proprium vir-
tutum moralium. nam proprium objectum virtutum
moralium est ipsa honestas amanda atqui sola
voluntas potest versari circa honestatem aman-
dam non vero appetitus sensitivus qui potest
dumtaxat versari circa ~~honestatem~~ bonum
sensibile Ergo in sola voluntate reponi debent
Habitus fortitudinis et temperantiæ qui propriè sunt
virtutes morales

# Solvuntur Objectiones

Objicies 1°. Habitus temperantiæ et
fortitudinis se habent ad appetitum sentientem
sicut frenum quo equus dirigitur: atqui frenum
imponitur equo non equiti Ergo Habitus tempe-
rantiæ et fortitudinis debent coërcere in appetitu

sensitivo qui est velut equus frænandus non vero
in voluntate quæ se habet ut eques
Dist maj Habitus temperantiæ et fortitudinis
famulantes se habent ut frenum respectu appetitus
sensitivi conc maj Habitus temperantiæ et fortitu
dinis imperantes re. maj. Atqui &c. concessa mino.
et distincto consequente ad sensum maj. N. conseau
Itaque duplex est habitus fortitudinis et tem
perantiæ scilicet imperans et famulans.
Habitus imperans est ille qui pertinet ad volun-
tatem eamque inclinat ad eligendas actiones hones-
tatis in materia fortitudinis et temperantiæ dicitur
imperans quia voluntatis est cæteris imperare
facultatibus Habitus famulans
Habitus famulans est ille qui pertinet ad appe-
titum sentientem eumque inclinat ad obsequendum
voluntati eligenti actiones honestatis in materia
temperantiæ et fortitudinis appellatur famulans
quia appetitus sentientis est obsequi voluntati
Equidem Habitus fortitudinis et temperantiæ
famulantes se habent ad appetitum sentientem
ut se habet frænum respectu equi non vero
Habitus imperantes qui pertinent ad solam ve
voluntatem cum sola facultas possit inter
dere honestatem moralem quapropter se habent
Habitus fortitudinis et temperantiæ imperantes

ut ars equestris. Igitur quemadmodum ars equestris pertinet ad equitem non vero ad equum. Sic Habitus fortitudinis et temperantiæ impetrantes pertinent ad voluntatem non vero ad appetitum sensitivum

**Objicies 2°.** Habitus residet in eâ facultate quam divigit atqui virtus temperantiæ et fortitudinis divigit appetitum sensitivum ergo &c

**Dist maj.** Habitus residat in ea facultate quam divigit immediate conc. maj. quam divigit mediate n. maj. atqui &c distinctâ min. ad sensum maj. n. consequam

**Itaque** virtus temperantiæ et fortitudinis divigit appetitum sensitivum mediante voluntate in qua residet si quidem voluntas adjutabitur temperantiæ et fortitudinis appetitum sentientem sic regit quemadmodum scriptor per artem scribendi divigit calamum licet ars scribendi non resideat in calamo ergo a pari licet Habitus sensitivus divigatur per fortitudinem et temperantiam illæ virtutes non debent residere in appetitu sensitivo

**Enim-vero** quotescunque facultas aliqua famulans alteri facultati divigitur totes in facultate divigibili residet Habitus famulans si sit ipsa capax Habitus; Habitus vero imperans

residet in facultate dirigente et movente; atqui appetitus sensitivus in operationibus fortitudinis et temperantiae dirigitur ut famulans voluntati ergo in appetitu sensitivo reponendus quidem est habitus famulans temperantiae et fortitudinis non vero imperans, qui ad solam voluntatem pertinet

**objicies 3°.** habitus fortitudinis et temperantiae non debent reponi in ea facultate quae non patitur difficultatem circa res sensibiles; atqui voluntas quae est facultas spiritualis nullam patitur difficultatem circa res sensibiles ergo &c

**N. min.** Voluntas enim licet spiritualis entitative est tamen affective corporea et patitur difficultatem circa res corporeas propter unionem animae cum corpore quapropter habitus fortitudinis et temperantiae debent pertinere ad voluntatem ut vincat difficultates ortas ex materia fortitudinis et temperantiae

**objicies 4°.** actiones appetitus sensitivi sunt actiones virtutis ergo habitus virtutis debet residere in appetitu sensitivo

**Dist antec.** actiones appetitus sensitivi sunt actiones virtutis imperatae conc antec — sunt actiones virtutis elicitae N. antec ergo &c. Distingo consequens habitus virtutis imperatae et famulantis debet residere in appetitu sen

sensitiuo cum consecam habitus virtutis impe-
rantis et elicitae N. consecam
Itaque duplex distinqui debet actio virtutis
scilicet elicitae et imperatae
actio virtutis elicitae est ea quae proficiscitur
et exercetur immediate a voluntate qualis est
amor et odium
actio virtutis imperatae est ea quae proficiscitur
et exercetur ab aliqua facultate ex imperio volun-
tatis talis est largitio pecuniae alicui egenti.
Equidem operationes appetitus sensitiui sunt
actiones virtutis imperatae et famulantis at vero
non sunt actiones virtutis elicitae et imperantis
proindeque operationes et habitus virtutis impe-
ratae et famulantis possunt poni in appetitu
sensitiuo sed operationes et habitus virtutis elicitae
et imperantis poni non debent in appetitu
sensitiuo quia virtus imperans non potest collo-
cari in ea facultate quae non intendit hones-
tatem: atqui appetitus sensitiuus non intendit
ipsam honestatem cum honestas non sit bonum
sensibile Ergo virtus imperans ad solam
voluntatem pertinet non ad appetitum sensitiuum
Quaeritur utrum admitti possint in Gen-
tilibus quaedam virtutes morales saltem in
statu imperfecto, id est utrum illi habitus
laudabiles qui interdum reperiuntur in Gentilibus

sint semper vitia

# Conclusio 3.a

**Admitti** possunt quædam virtutes morales in Gentilibus saltem in statu imperfecto

**Probatur**. nam virtus moralis in statu imperfecto est quædam facilitas agendi propter honestatem: atqui ejusmodi facilitas potest admitti in Gentilibus nam ea facilitas duo tantum requirit scilicet rectum judicium et bonam quamdam in voluntate affectionem ad sequendum rectum intellectus judicium atqui hæc duo reperiri possunt in gentilibus primo quidem in ipsis dari potest rectum judicium quia participes sunt luminis naturalis secundo in eorum voluntate potest esse bona quædam affectio ad sequendum rectum intellectus judicium. nam illa affectio et dispositio oritur ab actibus circa materiam virtutis atqui gentiles saltem non nulli aliquando exercent actus circa materiam virtutis si quidem ex Augustino libro de Spiritu et litera capite 27° in infidelibus quædam sunt opera quæ secundum justitiæ regulas vituperare non possumus sed merito ac vere laudare Ergo &c

# Solvuntur Objecta

Objicies 1.o nulla est in Gentilibus virtus etiam in statu imperfecto si quaecumque eorum actio est peccatum virtus enim actibus peccati non comparatur: atqui qualibet Gentilium actio est peccatum. Nam ex Apostolo ad Romanos capite 14.o quod non est ex fide peccatum est; atqui in infidelibus nulla fides ergo &c.

R MIN. nam opera quae secundum justitiae regulas vituperavi non possunt sed potius laudari debent nequaquam possunt dici peccata atqui ex Augustino supra laudato in gentilibus sunt quaedam opera quae secundum justitiae regulas vituperare non possumus sed merito ac vere laudare

Ad OCUM Apostoli Distg.o quod non est ex fide id est ex bonâ conscientiâ et certa quâdam animi fiducia peccatum est cum.o quod non est ex fide et Theologica et propria dicta neg.o.

Itaque omne quod non est ex fide juxta quid quid sit contra conscientiam et dictamen rationis semper est peccatum sed illud non est semper peccatum quod non sit ex fide propria dicta et Theologica quae scilicet facit Christianos declarat enim Apostolus infidelia

posse recte agere seu exercere quod legis pre-
scriptum est cum enim gentes, inquit, quæ legem
non habent naturaliter ea faciunt quæ legis
sunt ipsi sibi sunt lex

Quod autem illud testimonium apostoli ~~quod~~
omne quod non est ex fide peccatum est non de-
beat intelligi de fide Theologicâ quæ Christianos efficit
sed de intima et sincera animi persuasione, patet
quia eo loci agitur de ciborum delectu

Instabis illud est peccatum quod Deo displicet
atqui quod non fit ex fide Theologica deo dis-
plicet nam qui eodem Apostolo sine fide impos-
sibile est placere Deo ergo &c

Nego illud enim non displicet Deo quod fit
ex recta ratione et propter honestatem atqui
actus qui fit sine fide Theologica potest fieri
ex recta ratione et propter honestatem N. C.
Judex Ethicus potest solo justitiæ veritatis et
ordinis amore jus inter contendentes dicere
pariter divel potest in opi subvenire studio
humanitatis et misericordiæ quia hæc ordini et
rationi conveniunt

Ad autoritatem apostoli Distingo sine
fide impossibile est placere in ordine super
naturali conc. in ordine naturali N. C.

Equidem sine fide nemo potest placere deo

in ordine supernaturali idem quidquam agere quod mere caluit vitam æternam qui a ad id necessaria est primo fides in Christum mediatorem secundo quatta justificans sine quâ nemo salvari potest

**Objicies 2°.** ille actus non est actus — vitiosi qui procedit a principio malo atqui omnes actus infidelium procedunt a principio malo scilicet a concupiscentia quæ certe malum est

**N min** ad cujus probationem nego omnes actiones infidelium procedere a concupiscentia siquidem plures veniunt ex recta ratione et proinde bonæ sunt moraliter enim nero illæ actiones non sunt malæ moraliter ~~quæ~~ et in ordine naturali quæ nerentur aliquam mercedem temporalem alqui ex Augustino libro 5° de civitate Dei capite 12° quædam actiones infidelium nerentur mercedem temporalem vel etiam proveniunt obtinere remissionem pœnam in mitiori vitæ idem Augustinus libro 4° contra Julianum capi 3° Ergo &c.

**Insabis** nullum est medium inter Charitatem et concupiscentiam nam juxta augustinum ubi non est Charitas ibi regnat carnalis cupiditas alqui actiones gentilium non oriuntur a Charitate Ergo &c

**Dist maj** nullum est medium inter Charitatem et concupiscentiam ratione subjecti conc. maj. ratione actus N. maj alqui &c.

Itaque nullum est medium inter charitatem
et concupiscentiam vahare subjecti vel enim
subjectum nempe homo est in gratia vel in pecca-
to sed datur medium ratione actus quamvis
enim homo supponatur esse in gratia aut in pecca
to omnes tamen illius actiones non veniunt vel
a charitate vel a concupiscentia 1° non a
charitate quia justus sape venialiter peccat
2° non a concupiscentia aut infidelitate quia
non nullae ovivi possunt ex veritate rationis ad-
juvante presertim gratia actuali nam ut habet
Augustinus libro de spiritu et litteva capite
28.° non usque adeo in anima humana imago
dei fervenorum affectuum labe detrita est ut
nulla in ea velut lineamenta extrema remanse-
rint unde merito dici possit etiam in ipsa
impietate vitae suae facere aliqua legis pra-
cepta vel sapere .... Sicut enim non impedi
unt a vita aeterna justum peccata venialia
sine quibus haec vita non ducitur sic ad salu-
tem aeternam nihil prosunt impio aliqua bona
opera sine quibus difficillime vita cujus libet
pessimi hominis invenitur unde patet Augusti
num credidisse in Gentilibus non nullas esse
actiones moraliter bonas quamquam nihil pro-
sunt ad vitam aeternam. Ergo omnis actio homi-
nis Ethnici a concupiscentia aut infidelitate

non profitetur

**Objicies 3°** ex Sancto Augustino Gentiles non habent veram pudicitiam quia non servant fidem coniugii propter veram deum patrem ex eodem doctore fortitudo Gentilium est cupiditas. Gentiles sunt auboves Stevile, denique passim augustinus insectatus pelagianos quod dicerent hominem per congenitas vires aliquod bonum opus exercere et legem naturalem implere Ergo existimat Augustinus nullam esse in Gentilibus actionem bonam

**Respondeo** 1°. Sanctum Augustinum non quod existimet omnes prorsus gentilium actiones esse peccata sed quia raro contingit ut ex solo rationis Judicio non ex prava aliqua cupiditate Ethici vel infideles suos exerceant actus

2° Sanctus Augustinus saepe agit de actibus Gentilium consideratis in ordine ad vitam aeternam non autem in ordine ad Generalem naturalem jam vero si virtutes et actus infidelium spectatur in ordine ad vitam aeternam non sunt vere virtutes et quodam sensu possunt dici peccata quia non magis ad vitam aeternam conducunt quam ipsa peccata hoc sensu Gentiles merito vocantur a Sancto Augustino auboves Stevile quia non serviunt finibus vitae aeternae

**Instabis** Hanc nostram opinionem ad Sabal

Julianus cum fatebatur opera infidelium esse
sterilia ad vitam æternam igitur cum sanctus
Augustinus nihilominus cum negat et insectatur
patet augustinum credidisse omnia infidelium
opera non tantum esse sterilia ad vitam æter
nam sed eham nullo modo participare naturæ
cum honestatem

**Dist Antecens** Sane responsionem adhibe
bat olim julianus secte et apparenter conc
antecens sincerè et in rei veritate N. antecens
ergo &c N. consequens

**Itaque** Julianus non loquebatur sincere
et ex animo sed Sane asserebat responsionem ut
declinaret difficultatem et effugeret suspicionem errorum
quapropter sic cum refutat augustinus Si ex legis
observata infidelis meretur gratiam gratia ipsi
debita non amplius erit gratia quæ est gratis data
ex quibus Augustini verbis constat julianum quem
refellit credidisse in rei veritate opera infidelium
meretri adeo gratiam salutis atque adeo non esse
sterilia in ordine ad vitam æternam

**objicies 4°** ea opera non sunt bona ne
quidem bonitate morali quæ non referuntur ad Deum
atqui opera infidelium non referuntur ad Deum
si quidem infideles Deum non cognoscunt ergo
&c

**Dist maj** ea opera non sunt bona nequidem
bonitate morali quæ non referuntur ad Deum

neque explicite neque implicite conc. maj explicite
N. maj. atqui be. distincta minore ad sensum maj.
N. conseatur

Itaque opera infidelium non referuntur ad
Deum explicite quia infideles Deum explicite non
cognoscunt sed possunt referri ad Deum implicite
quia omnis actus bonus et honestus ex se referatur
ad Deum, fit enim propter honestatem moralem id-
est veritatem vel justitiam vel ordinem vel aequita
tem quae aut Deus est aut quidam divinitatis vestigium
deli sed quatenus aliquid retinet illius boni quod
in sua prima origine accepit a Deo fuge de-tr.

Instabis si opera infidelium referuntur ad Deum
implicite quia finem propter honestatem moralem
Deus erit tantum finis operis non vero operantis
atqui id non sufficit ut Gentilis homo censeatur
exercere aliquod bonum opus

N. maj. Deus enim non tantum erit finis operis
sed etiam finis ultimus operantis saltem implicite
et virtualiter ~~dicitur~~ licet supponatur Gentilis Deum
non cognoscere ut enim Deus sit finis operantis
saltem implicite satis est quod Gentilis tendat ad
aliquam divinae essentiae participationem atqui
licet Gentilis non cognoscat Deum attamen potest
agere propter honestatem moralem sic que tendere
ad aliquam divinae essentiae participationem v. g.
potest judex et gnicus solo justitiae, veritatis, et
ordinis amore reddere unicuique quod suum est

potest largiri eleemosynam pauperi ex amore
misericordiae, sunt aliqui pauperes, alqui sce
omnia bona sunt et honesta moraliter sequ &c.
Adde quod non negamus ut supra jam innui
mus infidelem in ejusmodi actibus adjuvari aliqua
gratia actuali

# De Variis Virtutum speciebus

**Virtus** moralis ex dicta ea vocatur
quae pertinet ad dirigendas actiones humanas ad
honestatem
Virtus Moralis universim duplex distinguit
potest scilicet prudentia et charitas prudentia
quidem quae est in intellectu recta ratio agendorum
et charitas quae est in voluntate amor rectus
agendorum
**Ratio** est quia tot sunt admittendae universim
virtutes morales, quot sunt universim difficultates
impedimenta in motibus dirigendis ad honestatem
alqui duae sunt ejusmodi difficultates generatim
una pertinens ad intellectum scilicet ignavatio
agendorum altera pertinens ad Voluntatem
scilicet perversus amor porro ignavatio agendo
rum tollitur per prudentiam et perversus amor

correigitur per Charitatem ergo duæ sunt generatim
virtutes morales quibus tota morum honestas et
probitas continentur nempe prudentia residens
in intellectu et Charitas residens in voluntate

Jam vero Charitas seu rectus amor agendorum
spectavi potest vel quatenus reddit unicuique
quod suum est nempe Deo, nobis metipsis et proxi
mo et hunc vocatur Justitia vel quatenus impo
nit modum timori et dolori quibus homo detervetur
ab honeste agendo et dicitur fortitudo vel denique
spectatur quatenus ponit modum voluptati et
appellatur temperantia quapropter Justitia
fortitudo et temperantia a Charitate tanquam
a fonte et radice fluunt et manant Hinc patet
secundum immediatam et mediatam virtutum
divisionem quatuor esse generatim admittendas
virtutes scilicet prudentiam justitiam fortitudinem
et temperantiam quæ Cardinales dicuntur quia
illis quatuor virtutibus tota vita moralis tan-
quam januis cardinibus nititur et vertitur

# De Prudentia

Prudentia definitur ab Aristotele
habitus vera cum ratio activus circa ea quæ
sunt bona aut mala moraliter a Sancto Au-
gustino verum expetendarum et fugiendarum
ratio seu scientia, si quidem prudentia distinguit

bona a malis et utilia a noxiis omnem que vitae rationem moderatur

Tres sunt prudentiae actus prudentiae scilicet consultatio rectum judicium et imperium.

Consultatio quaerit media utilia et necessaria ad finem consequendum Sine proverbiorum Capite 13 prudens omnia agit cum consilio. consultationi opponitur praecipitatio

Rectum Judicium est promptum et expeditum mentis nostrae judicium quo certo decernimus quid sit agendum quid ne omittendum recto judicio opponitur tardo et stolidus

Imperium est actus quo praecipimus qua ratione rationes utendum sit mediis quae judicata fuerunt optima praeterea alia assignantur prudentiae partes quibus ipsa adjunctae scilicet memoria, solertia, docilitas, circumspectio, providentia

Prudentiae opponitur imprudentia quae iquova honem aliquando, semper vero praecipitationem dicit, opponitur etiam negligentia, quae piguitia est, et quae dam animi mollities, nimia bonorum terrestrium sollicitudo, opponitur quoque prudentiae, Sine illud scripturae noli laborare ut ditevis sed prudentiae tuae gone modum.

# De Justitiâ

Justitia definitur a multis perpetua et constans voluntas tribuendi, unicuique quod suum est

sed minus accurate quia justitia non est facultas sed habitus, unde accuratus definitur perpetua et constans facilitas reddendi unicuique quod suum est

Triplex ut alibi diximus est justitia nimirum commutativa distributiva et vindicativa

Partes justitiæ sunt Religio erga Deum, pietas erga parentes, et observantia erga cæteros homines præsertim qui aut virtute, aut dignitate præstant.

Quæritur sic utrum in pœnis decernendis Talio observari debeat

Duplex est Talio scilicet physica et moralis

Talio physica est impositio pœnæ quæ physicæ omnino similis est injuriæ illatæ, ut cum dicitur in scripturis oculus pro oculo, dens pro dente

Talio moralis est quædam proportio supplicii cum injuria illata, habita ratione personarum et circumstantiarum in quibus actio peracta est

## Conclusio 1ª

Talio Moralis in pœnis decernendis debet observari

Probatur Nam illud observari debet quod ponit æquam proportionem inter offensam, et pœnam in reparatione injuriæ: atqui talio moralis est ejusmodi quia gravitas injuriæ, et meritum satisfactionis æstimatur non ex solo materiali injuriæ aut satisfactionis sed præsertim ex dignitate personarum offensæ et offendentis et ex aliis circumstantiis

Talio pzysica non debet ~~admitti~~ observari in justitia vindicativa.

Probatur: Nam illud non debet observari in justitia vindicativa quod in reparatione injuriae non prodit justam aequalitatem inter offensam et poenam sed deficit vel excedit aliqui talio pzysica est ejusmodi. Vg. si quis princeps, subditum, superior inferiorem pervassent non propterea pariter est reprehendus, nam tunc daretur excessus in poena, si vero ex altera pte subditus Regem inferior superiorem pervassent, satis non esset si pariter reprehenderetur nam esset defectus in poena Ergo talio pzysica.

Et certe: Gravitas injuriae et meritum satisfactionis non repetuntur ex solo materiali injuriae aut satisfactionis sed ex dignitate personarum et aliis circumstantiis: aliqui ergo observatur talio pzysica respectu materialitatis injuriae materialiter sumptae, non vero dignitatis personarum et aliarum circumstantiarum in quibus injuria et satisfactio versantur

Dices: dictum fuit Judaeis oculus pro oculo dens pro dente; aliqui illud est talio pzysica Ergo &c.

Dist Maj: dictum est Judaeis ad Dominum cordis oculus pro oculo dens pro dente tunc imaj. ad perfectam rationem justitiae N. maj Ergo &c. N. Consequens.

Itaque illud justitiae genus traditum fuit Judaeis ad dominium cordis eorum, et ut finis imponeretur ethnici sed erat justitia imperfectorum

Quæritur ubi Vtrum Judex debeat Judicare
secundum allegata et probata contra propriam scientiam
quod ne intelligatur

Obstat Judices et Magistratus in republica
creati ut illorum Ministerio Respublica regatur unicuique
quod suum est Juxta Leges quas ipsa plena aequitatis
constituit Sam vero ex Lege et facto Jus nascatur apud
homines providetur necesse est ut judex in pronunciandis
judiciis attendat ad Legem et factum ut hinc cuique Juris tenet
studio et revelatione cognitionem Legum consequatur Judex
notitiam quoque facti ubi ab instrumentis et relatione testium
Vtrum Gaium vel Titium ab omni crimine esse immunem et illum tamen instru-
mento publico et relatione testium homicidii accusa-
tum et convictum videat, in hoc casu Quæstio est —
Vtrum Judex post habitis instrumento publico et
relatione testium sequi debeat propriam scientiam
an potius neglecta privata scientia teneatur sequi
alienam notitiam ab instrumento publico et testibus
acceptam; atque adeo possit damnare eum quem novit
innocentem, hoc sensu debet intelligi hæc quæstio
utrum Judex debeat Judicare secundum allegata
et probata Quare sit

# Conclusio 3.ª

Judex debet judicare secundum allegata et probata etiam contra propriam scientiam

Probatur nam persona publica judicans ut publica loc est vices gerens reipublicæ debet judicare juxta scientiam publicam qua judicare debet sicut judicavit reipublicas atqui judex est persona publica scientia autem publica est ea qua Sabetur per instrumenta publica et testes ideo allegata et probata ergo etiam si reclamet propria scientia judex debet judicare secundum allegata et probata Et certe ea sententia est admittenda qua sublata maxima devianture in rempublicam incommoda atqui nisi judex teneatur judicare secundum allegata et probata maxima devianture in rempublicam incommoda 1º nulla amplius remanet judicium forma quia judex ad arbitrium pecunia aut alio quouismodo corruptus poterit reum absolvere fortando se eum cognoscere innocentem 2º vere fortando se eum cognoscere innocentem 2º male consulitur securitati judicis apud quem malevoli poterunt accusare innocentem ut judicem cogant ad ferendam magistratus de sententiam innocentem ut judicem damnet 3º non consulitur etiam publicæ tranquillitati maximi enim excitabuntur motus in populo si in qui juridica rem probatus est ac proinde talis Sabetus absolvatur a judice ergo judex reclamante propria scientia debet judicare secundum allegata et probata unde illud deuteronomii in rem dicunt vaul

vium testium stabit omne verbum.

## Solvuntur Objectiones

**Objicies 1°** Rex non debet judicare secundum allegata, et probata ergo nec ipse judex N. consciam et pavitatem reatus dispavitatis &c quod vex pro suprema suâ potestate possit etiam reos absolvere unde a foutori debet absolvere et dimittere eum quem propriâ scientia novit innocentem: at vero judex est minister rei publicæ instrumentum proinde quæ judicando debet sequi scientiam publicam

**objicies 2°** Qui judicando debet se conformare judicio divino atqui judicium divinum fit semper secundum privatam scientiam non autem secundum publicam quando opponitur scientiæ privatæ

**Dist maj** Qui judicando debet se conformare judicio divino quantum potest judicio divino conc maj

**Dist** 2. maj

Itaque judex judicando debet quantum potest se conformare judicio divino sed in proposita hypothesi non potest judicare quemadmodum judicavel Deus ipse si quidem Deus ut pote supremus dominus judicat propria autoritate judex vero judicat tantum autoritate acceptâ a Republicâ ergo in ferendâ sententiâ debet sequi sententiam publicam

Et certe si hoc valeret argumentum ut Deus

non absoluit reum quantumuis iuridice probatum innocentem sic judex non debuit eum absoluere ut sic sese conformaret judicio diuino atqui id aperte falsum est, etiam fatentibus ipsis aduersariis ergo argumentum nimis probat

**Objicies 3.° in Exodo capite 23.° versibus 1.° et 2.° verum est judicem sequi falsum testimonium si vobis non audies vocem mendacii nec in judicio acquiesces pluvimorum sententiæ ut a recto deuies: atqui judicans judex secundum allegata et probata, audit vocem mendacii et pluvimorum sententiæ acquiescit ut a recto deuiet ergo &c.**

**Dist maj** non audiet vocem mendacii si mendacium posset sapientia judicis palam fieri et publice manifestari conc maj. si mendacium nulla arte posset detegi et publice manifestari N. maj atqui &c distincta mino ad sensum maj N. conseqn

**Itaque** quando mendacium aliqua arte et sapientia judicis detegi et manifestari potest quemadmodum legitur in scripturis delectum fuisse mendacium testium sapientia Danielis in causa Susannæ, tunc judex non debet audire et sequi vocem mendacii sed res aliter se habet si nulla teneat mendacium palam fieri et manifestari potest, nec tunc judex audit vocem mendacii ut a recto deuiet sed ut munus judicis impleat quæ æquissima judicium formam, quapropter illa Exodi verba non pertinent ad præsentem quæstionem quia ibi arguuntur iniqui judices qui ut a recto deuient adducunt falsos et mendaces homines quorum iniquas

voces audiunt ut opprimant innocentem.

**Objicies 4°** Judex condemnans innocentem contra propriam scientiam mentitur si quidem pronunciat reum quem novit innocentem: atqui nunquam licet mentiri ergo &c.

**N. maj** nam judex in eo casu non pronunciat accusatum esse reum, sed illum esse legitime et juridica conjectum, quod certe ex hypothesi verum est.

**Objicies 5°** non licet judici occidere innocentem atqui si judex judicaret secundum allegata et probata contra propriam scientiam occideret innocentem

**Dist maj°** non licet judici occidere innocentem cognitum in scientia qua judex uti debet in judiciis publicis conc maj. non licet occidere innocentem cognitum ut reum ea scientia quam judex tenetur sequi in judiciis publicis N. maj atqui distincta minor ad sensum maj. N. consequentia

**Itaque** quantumvis aliquis supponatur innocens attamen quasi reus habere debet in judiciis publicis cum reus cognoscatur et probatur talis scientia publica que fundatur in instrumentis publicis et relatione testium.

**Instabis** minus licitum est judici occidere innocentem cognitum ut innocentem privata scientia quam licitum sit sequi justitiam publicam ergo quotiescumque vel occidendus est homo innocens vel devovenda est scientia publica, Judex debet servare innocentem et deservire scientiam publicam

**N. antecedens** nam non occidere hominem

cognitum ut innocentem scientia privata per
hnet ad bonum privatum ut vero non deseveret
scientiam publicam in exercendis judiciis publicis
sic pertinet ad bonum publicum ergo cum vel
occidendus est innocens vel deseverenda scientia
publica magis expedit reipublicæ occidi ge mi
nem in civitate quam deseri scientiam
publicam sine enim longe majora sequerentur
in republica inconmoda quam unius geminis inno
centis occisio quæ aliunde vera et per accidens con
tingeret

**Objicies 6°** adsibentus testes in judicio ut
notus fiat judici autor crimitis ergo si judex habet
propriam scientiam rei gestæ non debet aliam quærere
per allegata et probata

**Dist antecens** adsibentus testes in judicio ut
judex per scientiam publicam et reipublicæ conce
dentem cognoscat quis sit autor crimitis conc antecens
ut cognoscat simpliciter autorem crimitis N. antecens

**Itaque** ad legitimam judiciorum formam non
sufficit ut judex cognoscat simpliciter autorem cri
minis sed necesse est modo conuenienti judiciis quæ
exercentur autoritate publica et nomine reipubli
cæ cujus judex est ministerium cognoscat provo
modus ille conueniens exigit ut judex cognos
cat autorem crimitis per scientiam publicam quæ
non sit in aliena potestate judicis ne simul testis
sit et judex quod omnino repugnaret æquissimæ
judiciorum formæ

Objicies 7.° si judex posset judicare secundum allegata et probata contra propriam scientiam non satis esset provisum innocentium securitati. nam non est satis provisum securitati innocentium quando malitia hominis ex insontibus potest facere reos alqui si judex posset judicare secundum allegata et probata hanc malitia hominum posset ex insontibus facere reos ergo &c.

R. antecedens ad cujus probationem dist. maj. satis non esset provisum securitati innocentium quando malitia hominum posset facere reos de facto ex insontibus conc. maj. reos de jure et factum in maj. alqui &c. distincta min. ad sensum maj. R. concedam et

Contra qui potest provideri reus duobus modis non nisi de jure et de facto

Reus de jure est ille qui instrumentis publicis et relatione testium juridica convincitur alicujus criminis

Reus de facto est ille qui verisimiliter culpa versatus et aliquod crimen perpetrauit

Equidem in nostra sententia malitia hominum posset facere reos de jure non vero de facto prouide quo non sequitur minus provisum esse securitati innocentium 1.° quia nunquam fortasse occurret ille casus in quo solus judex sabeat privatam scientiam innocentiae hominis qui accusatur reatus secundo quia in contraria opinione longe grauiora sequerentur incommoda

Objicies 8°. si judex certo cognoscat se non habere autoritatem non potest accusatum damnare quicquid adducatur ad probandum, quod habeat autoritatem secundo si judex certo noverit iniquitatem alicujus legis non potest secundum illam judicare quantumvis illa probetur justa 3° si quis sciret hanc mulierem non esse suam uxorem, non potest licite ad eam accedere licet juridice probetur eam esse ipsius uxorem ergo a pari si judex privata scientia noverit aliquem esse innocentem quantumvis instrumentis publicis et relatione testium aliquis similis convincatur non potest eum damnare

Respondeo 1° si agatur in objectione de autoritate temporali regendum esse antecens; si quis enim juridice probetur esse judex potest exercere officia judicis quia publica persuasio sufficit ad tribuendam autoritatem si vero agatur de autoritate spirituali est magna disparitas quia autoritas spiritualis v.g. sacerdotis pendet a character quem publica testimonia et cæteræ probationes deferunt non tribuunt.

Respondeo ad secundum si lex vere sit injusta non potest ejus æquitas sic probari quæ probationes refelli possint, non enim res est facti quæ probetur autoritate testium, sed refert juris quæ rationibus demonstrari debet

Respondeo ad tertium ratio disparitatis est quod accedere ad mulierem est actio hominis ut personæ privatæ adeoque debet dirigi per privatam notitiam sed actio publica judicis est ut actio personæ publicæ proinde quæ debet dirigi

pro scienham publicam

**objicies 9°.** si judex deberet judicare secundum allegata et probata pilatus non peccasset damnando Christum atqui peccauit Ergo &c.

**N majo.** primo quia nulla erat pauitas inter purum hominem et Christum dei filium qui non modo ex scripturis ostendebat se esse Messiam a prophetis annunciatum sed etiam suam demonstrabat diuinitatem infinitis miraculis, quibus fidem denegare summa erat impietas et inexcusabilis cecitas, secundo quia ille judex peccat qui damnat eum qui non fuit conuictus juridice atqui pilatus damnauit Christum non constitit juridice et juxta legitimam judiciorum formam. nam legitima judiciorum forma postulat primo ut fraus et malitia testium non sit publice nota secundo ut illorum testimonia conueniant, et probent crimen hominis accusati atqui neutrum eorum contigit in causa Christi ut patet ex scripturae verbis Matthaei vigesimo sexto. Versu quinquagesimo nono Principes sacerdotum et omne consilium quaerebant falsum testimonium contra Jesum ut eum morti traderent et non inuenerunt cum [ideri licet] multi falsi testes accessissent. et Marci Capite decimo quarto Versu quinquagesimo sexto

Conuenientia testimonia non erant. Et Matth. Cæd. 27. ait illis præsens quid enim mali fecit? at illi magis clamabant dicentes Crucifigatur, et Lucæ Capit. 23. versu 22. nullam causam mortis inuenio in eo; et Joannis Capite 19. Versu 29. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, et dixit. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc et Respondentes dixerunt ei, si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum.

Quæ omnia probant in causa S. Violatam fuisse omnem Judicium formam atque adeo ipsum injuste omnino fuisse damnatum.

# De Fortitudine

Fortitudo est constans et perpetua facilitas subeundi pericula et sustinendi dolorem ut decet.

Partes integrantes fortitudinis sunt fiducia magnanimitas patientia et perseuerantia nam ad perfectionem actuum fortitudinis duo requiruntur scil. ageve fortiter et pati fortiter prius autem pertinet ad aggressionem passio vero ad sustinentiam. Jam vero ad aggrediendum duo sunt necessaria scilicet fiducia ad animi præparationem pertinens et Magnanimitas ad constantiam operis executionem pertinens. Similiter ad sustinendum duo requiruntur, quia patientia, ut animus malorum præsentium pondere sine imminentium non frangatur et perseuerantia ut nimirum animus malorum et laborum diuturnitate non deficiat.

fortitudini opponitur per defectum timiditas et per excessum temeritas

Quaeritur vtrum nobilior sit aggredi: quo sustinere seu vtrum fortitudo magis eluceat in aggrediendo quam defendendo Quae sit

## Conclusio

Magis eluceat fortitudo sustinendo quam aggrediendo

probatur Nam vbi magis eluceat fortitudo vbi major est superanda difficultas, atqui casu quo major est difficultas superanda in defensione quo in oppugnatione, Nam major est difficultas respectu illius gentium superanda qui difficilius potest pericula in suum commodum convertere; atqui defensor difficilius potest pericula convertere in suum commodum, qui enim periculum non vult in sua protestate ille difficilius ut in suum commodum convertere pericula; atqui defensor non vult periculum in sua protestate sed aggressor qui periculum sumit ex oppressa electione unde aggressor confutat periculi deve est et singulas periculi circumstantias quod prestare nequit defensor

Et Ille illustrior est fortitudo in sustinendo quam aggrediendo si magis laudatur homo qui victor defensor quam si victus aggressor et vice versa magis vituperatur homo qui victus est aggressor quam si defensor victus fuisset atqui vera est Gabel

Gabet id autem fal quia censetur majus periculum defensoris quam agressoris ergo &c

## Solvuntur Objecta

**Objicies 1°** nobilius est agere quam pati atqui aggredi est agere sustinere vero est pati ergo forthudo illustrior est aggrediendo quam sustinendo

**Dist min.** sustinere mere passive est pati Conc min. sustinere activè n min.

Itaque in præsenti negotio sustinere mere passive non est admittere malum sine ulla resistentia sustinere vero activè est subire periculum cum aliqua resistentia: Equidem sustinere mere passive est-dumtaxat pati: at vero sustinere activè id est resistendo et vim repellendo non est simpliciter pati

**objicies 2°** difficilius est obsidere quam se ab obsidione defendere ergo nobilius est aggredi quam sustinere

**n. antecedens** obsidentes enim ut obsidentes habent in sua potestate periculum, locum tempus et alias obsidionis circumstantias, unde difficilior est sors conditio obsessorum quam obsidentium ergo &c.

**Quæritur** utrum forthudo magis eluceat in repentinis quam in præmeditis

**Respondeo** affirmativè nam forthudo magis elucet ubi opus est habitu magis consito malo atqui in repentinis opus est habitu constanto vi

et magis confirmato quia periculum præbeus fe
minine procuratum uehementius instat et urget

Dices eo nobilior est virtutis actus quo liberior
et magis deliberatus sed iracundus actus præcipuus est ejus
modi ergo &c

Dist maj si cæteris sint paria cone maj secus
si non maj

Porro omnia non sunt paria vehementius enim fortitudinis actus difficilior est atque adeo nobilior
cum enim fortitudo versetur circa difficilia nobi
litas actus fortitudinis estimari debet ex difficul
tatibus

Quæritur quibus sit actus fortitudinis libi
directe motus inferre

Respondeo negative quia ille actus non est
fortitudinis qui ortus potius ex timiditate et
ignavia quam ex fortitate et animi constantia
atqui sibi mortem inferre ortus potius ex igna
via quam ex animi fortitate et constantia si
quidem directa sui ipsius occisio ortus ex animi
desperatione et impatentia propter gravitatem
et diuturnitatem malorum quod scilicet fugere
modi solevandi malis impar sit animus ergo &c

Dices adire periculum ingens et acerbissimum
dolorem pati est actus fortitudinis atqui se ipsum
directe occidere est adire periculum ergo &c

Dist maj adire periculum ingens et acerbis
simum dolorem pati ex recta ratione non ex
desperatione et metu gravium malorum est actus

fortitudinis, cabe[illegible]

Itaque qui violentas sibi manus inferunt non agunt ex vectatione sed ex desperatione et metu gravioris mali quod sibi cal fortitudinis sunt nec negandum atque adeo qui illa ut mos est ignavi habendi debent non fortes et constantes

Quæritur 3° utrum duellum sit actus fortitudinis

Duplex est duellum scilicet privatum et publicum

Duellum publicum est illud quod suscipitur auctoritate publica ut pericula civium sanguini et pax procuretur tale fuit olim certamen inter David et Goliath apud Judeos inter Horatios et Curiatios apud Romanos

Duellum privatum est illud quod suscipitur privata auctoritate et propter bonum privatum si positis sit

## Conclusio 1a

Duellum publicum est actus veræ fortitudinis

Probatur nam ille actus est veræ fortitudinis qui in materia fortitudinis exercetur cum vectatione alqui duellum publicum est cujusmodi si enim bellum publicum suscipi potest secundum vectationem a fortiori duellum publicum ergo &c

# Conclusio 3.a

**Duellum** privatum non est actus vere fortitudinis.

**Probatur** nam ille actus non est vere fortitudinis qui non exercetur ex motivo honesto atque laudabili atqui duellum privatum non exercetur ex motivo honesto et laudabili duplex enim est tantum motivum duelli privati ulciscendae injuriae aut veritas manifestanda atqui neutrum dici potest honestum et laudabile motivum.

**Primo** quidem ulciscendae injuriae non est motivum laudabile et honestum nam illud non est motivum laudabile quod vetita vatione prohibet atqui vetita vatio prohibet duellum privatum adhiberi ad ulciscendam privatam injuriam vetat enim ultionem esse in potestate privatorum hominum eam quae soli reipublicae permittit

**Secundo** manifestanda veritas per duellum privatum non est motivum honestum nam illud non est laudabile et honestum motivum ex quo sequitur homicidium sine ulla spe manifestandae veritatis atqui ex duello privato sequitur homicidium sine ulla spe manifestandae veritatis nemo enim haberetur cognita veritate per duellum debuerit is qui reus est duello cadere, innocens vero vincere atqui res saepe aliter accidit nam saepe aut innocens solus cadit aut etiam nunquam quam ambo cadunt frugaliter.

# Solvuntur Objones



Objicies I° Bellum inter principes licitum est ad vlciscendam injuriam et repetenda jura alqui non minus bello qm duello cadunt nocentes et innocentes Ergo nulla nostra probatio

Dist. Maj: Bellum licitum est inter principes ad vlciscendam injuriam et jura repetenda quando alia ratione injuria reparari et jura repeti non possunt Conc. Secùs N. maj.

Itaque illud dicendum est inter principes et privatos homines qui Reipublicae subjiciuntur legibus quod privati possunt aduersus privatos agere de injuriâ vlciscendâ et jure repetendo Coram judicibus Reipublicae ad hoc constitutis; at vero principes non habent judices superiores apud quos litigare possint de jnjuriis repellendis cum sis in terris uni Deo subjiciantur in temporalibus

Instab: atqui saepe contingit vt non possimus injurias vlcisci nec judices nec principes; nempe quando de sunt testes aut corrupti sunt judices, Ergo tunc temporis licitum est duellum authoritate privata suscipere

R. Conseqs: tunc enim patientes fevenda est injuria quando non possumus vlcisci detrimento publico imprudenti Expositione ritus legum violatione et Regalis authoritatis Contemptu quae omnia Reperiuntur in Duello authoritate privata suscepto Ergo Duellum privatum non est licitum et consequentes non est &c:

Sintabis posset supponi familia aliqua Iani la
tas in insulam quam dare sine Rege et principe aliqu
in tali casu licere et privato duello injurianti ulcisci suam
Ergo &c

N. illud. Tunc enim temporis certamen ab illa fa
milia susceptum non esset privatum duellum, nam illa
occasione patet familias esset rex seu princeps suae
familiae, et familiae agens ex primo Autoritate ageret
autoritate publica non privata

Objicies 2°. Licet privato occidere Socra
privatum in via insidiantem, etiam non spectata auto
ritate publica Ergo privatum duellum licitum est

Primo N. ant. Nam privato Semini potius movien
dum est qui ad quem ex intentione interficiat illud
enim prohibetur 6oe Decalogi praecepto Non occides

2° N. consequ. Nam in duello privato repe
ritur aliquod pactum, cum suscipiatur ex consensu
quapropter juxta illud Merito interficitur a principibus
quod fit cum quis ex improviso in vias aut in
stylis oppugnatur, et circumventus a latrone aut a
quovis alio homine

Sintabis Licet vim ni repellere Ergo
Verum est illud Antecedens

Respondeo nevum esse illud antecedens si bene intelligatur; nimirum licet vim vi repellere quia unusquisque tenetur impedire quantum licet ne ipse interficiatur, proinde quem debet avertere et inclinare quocumque modum afferre possunt sed ne interficiatur non debet alio interficere quamvis vitam suam aliter servare non posset

Instabis licet privato homini occidere hominem calumniantem et famae suae detrahentem quia fama est pretiosior vita Ergo &c

N. antecedens Fere enim opinione nihil pernicio sius non modo religioni sed etiam societati humanae excogitari aut proferri potuit ad id - quod additur fama pretiosior est vita Dist propositionem fama et existimatio virtutis apud Deum pretiosior est vita conc apud homines nego

Itaque licet falsuspet lucatius hominum quilibet existimatione careat possit nobis eripi ad tamen apud Deum nunquam nobis multo eripietur vera fama et existimatio quae semper virtutem sequitur, proinde quem calumniantem et nobis detrahentem nunquam licet occidere

# De Tanpavantia

## Temperantia

est perpetua et constans facilitas potendi modum voluptatibus concupiscentiae

posissimum gustu et tactu percipiuntur Hinc aliquando definitus mediocritas in voluptatibus gustus et tactus pro voluptates gustus praesertim percipiuntur ex cibo et potus, benefacis linguae palati et gutturis quapropter Philoxenus collum Gruis olim appetebat ne hac voluptate diutius fruveretur

Quatuor numerantur subjectivae partes temperantiae scilicet abstinentia, quae cibi; sobrietas quae potui, castitas, quae rei venereae, et pudicitia, quae omnibus voluptatum exitibus modum ponit

castitas triplex Virginalis, quae respuit omnes omnino voluptates venereas; conjugalis quae eas rejicit extra legitimum thorum, et vidualis quae illas spernit ex motivo praestiti matrimonii

Partes integrantes temperantiae sunt Verecundia quae refugit turpitudinem temperantiae contrarii ani, et honestas, quae est integrata temperantia; motum voluptatis ex impetu passionis excitatum deprimit

Aliae praterea solent assignari temperantiae partes scilicet humilitas quae impedit ne homo propriis bonis efferatur. mansuetudo quae ponit modum irae. clementia quae punitionem moderatur. modestia quae gestus corporis decenter componit et simplicitas quae vestibus et supellectilibus modum statuit

Temperantiae per excessum opponitur intemperantia quae nimium indulget voluptatibus praesertim gustus et tactus, per defectum temperantiae opponitur insensibilitas seu stupiditas quae corporis delectationes ad naturae conservationem

conservationem ab ipso Deo ordinatæ contra rationem negligantur

OMNIBUS temperantiæ partibus opponuntur vitia contraria, sic sobrietati opponitur ebrietas, castitati luxuria pudicitiæ impudicitia, continentiæ incontinentia humilitati superbia. &c.

# Secundæ Partis Ethicæ FINIS



S. GREGORIVS.

Hinc CRVCE tergemina Stijcor, trijdici inde CORONA;
Recte habet, hoc pendit, CRVX TERASA lucrum

P. Gallay's. a S.t François de Sales

SORBONNE

# Tertia pars Ethicæ

## De

## Proprietatibus et Speciebus Actuum Humanorum

**Tertiam** hanc Ethicæ partem duabus absoluemus disputationibus; quarum prior erit de proprietatibus actuum humanorum posterior de eorundem speciebus

## De Proprietatibus Actuum humanorum

**Proprietates** actuum humanorum duas præsertim numerantur Nempe Bonitas eorum et malitia

quo propter sic hic expendenda occurrunt primo quid sit bonitas et malitia actuum humanorum secundo unde repetantur tertio utrum cuilibet actui humano alterutra necessario conueniat

# Quid sit Bonitas et Malitia actuum humanorum

**Bonitas** moralis actuum humanorum est illorum conformitas cum recta ratione unde illa actio dicitur bona moraliter quae conformis est cum recta ratione

**Malitia** moralis actuum humanorum est illorum difformitas a recta ratione qua propter haec actio dicitur mala moraliter quae est difformis a recta ratione

**Fatentur** omnes philosophi bonitatem moralem actuum humanorum esse quid positivum sed grauis controuersia mouetur circa malitiam moralem, utrum scilicet possit dici quid positivum, an vero spectari debeat tanquam mera bonitatis absentia et privatio quod ut solvatur duplicem sic ponimus conclusionem.

## Conclusio I.a

**Malitia** moralis est reponenda in difformitate

a recta ratione

Probatur: nam in eo reponenda est malitia moralis — quod est quid primum in peccato constituens formaliter peccatum in ratione peccati aliqui difformitas a recta ratione est ejusmodi, nam ea posita statim intelligitur formaliter peccatum

Et certe malitia actuum humanorum consistit in illorum difformitate a recta ratione si quo hes homo — agit humano modo tenetur debeat attendere ad rectam rationem et ad illam se conformare aliqui vero illa se habet, cum recta ratio sit regula agendorum et omittendorum, igitur si illius actio sit conformis huic regulae nempe rectae rationi, hoc ipso intelligitur bona et honesta si vero sit difformis, statim concipitur formaliter mala et inhonesta Ergo malitia moralis reponenda est in difformitate a recta ratione

## Conclusio 2.a

**Malitia** moralis est mera absentia bonitatis, seu privatio rectitudinis debitae

Probatur nam in eo sola est malitia moralis quod est quid primum in ipsa et quo posito statim actus intelligitur formaliter malus, atqui absentia bonitatis seu privatio rectitudinis debitae est quid — primum in malitia morali, et ea posita statim actus intelligitur formaliter malus. in tantum enim aliquis actus intelligitur malus in quantum intelligitur privatus rectitudine debita Ergo &c.

Et certe si malitia mo valis esset aliquid reale et positivum Deus censendus foret autor peccati formaliter sumpti si quidem omnia prev ipsum factum et el suus. Ipso facto est nihil quod factum est atqui impium consequens, dixit enim Deus cuncta quae fecerat inquit scriptura, et evant valde bona inde sanctus Prosper in responsionibus ad objectiones sibi propositas destendanda est et abominanda est opinio quae Deum cujusquam malae voluntatis aut malae actionis evidet esse autorem

Denique illud asservendum est de malitia mo rali quod magis congruit cum sententia sanctorum patrum: atqui sancti patres si praesertim qui adversus manichaeos scripserunt reponunt malitiam movalem in aliquo negativo sic sanctus Basilius Chrysostomus et ille Augustinus qui sic verbis utuntur manichaeos nemo quaerat causam effectivam malae voluntatis non est efficiens sed deficiens quia nec illo effecto est sed defecto

## Solvuntur Objectiones

Objicies I. sancti patres vocant dum taxat peccatum nihil movale atqui sine non sequitur peccatum nihil esse positivum et physice ergo &c

N. May rationes enim quas adducunt sancti patres non probant peccatum esse aliquid physice contra ostendunt nihil esse physicum et positivum

Et certe Manichaei nunquam dixerunt pecca

peccatum esse aliquid moraliter igitur dd Sanch
patres adversus Manichæos disputant et asserunt pec
catum nihil ee loquantur de nihilo physico non vero
de nihilo morali unde illos hæreticos et mendaces et
impios dicunt quod quærerent causam efficientem mali quam
Augustinus Nemo quærat causam efficientem malæ
voluntatis, non est efficiens sed deficiens Ergo &c

Objicies 2° Non minus malum moraleé
est quid positivum qm malum physicum, atqui malum
physicum est quid positivum vg. Venenum quod est ma-
lum physicum

1° N. illo ad cujus probationem distingo Venenum
est malum causaliter quatenus causat et producit
privationem debiti temperamenti conc est malum formá
liter et secundum se

Stagit Venenum physice et secundum se spectatum bonum
est sed privatio debiti temperamenti qm causat et pro
ducit malum est unde Venenum obi dumtaxat dici malum
causaliter et effective

2° Nego mi Major quia falsum supponit cum
supponat simpliciter malum physicum esse quid positi
vum sed malum physicum ut diximus supra est
ipsum nihil

Objicies 3° Illud est quod physicum et
positivum quod habet causam positivam atqui
malitia moralis saltem in peccato commissionis

Hbt Causam posthuam scilicet facultatem et ipsius
achonem
Dist Maj illud est quod p Sylicum et positivum
quod habet Causam positivam Efficientem Conc Maj
de scientem dumtaxat N. Maj alqui Ed distincta
gantes min. N. Consean
Stej malitia Moralis Hbt Causa posthuam defici
entem non autem Efficientem Nam in peccato Commis
sionis, cum malitia sit defectio, non vero Effectio
nemo quaerat inquit Augustinus Causam Efficientem
malae Voluntatis non est Enim Efficiens sed deficiens
quia nec illa Effectio est sed defectio
Sustinet illud Hbt Causam posthuam Efficientem
quod est Ex eo quod Voluntas agat, alqui malitia in pecca
to Comissionis est ex eo qd voluntas agat Rigorde t
Dist Maj quod est Ex eo qd voluntas agat materia
liter simul et formaliter achonis Conc maj. Ex eo quod
agat materialiter et deficiat in formali N. maj alqui ed
Dist minore ad sensum Maj N. Consean
Stque Secta Sanctum Thomam in peccato duo
distinguit debent scil materiale et formale
materiale peccati est actus ipse positivus seu ipsa
achonis entitas quae physice et in se spectata bona est
alqua perfectio quia est Ens.
formale peccati est ipsa difformitas achonis ac

recta ratione, seu absentia rectitudinis debitæ
Porro malitia in peccato commissionis oritur ex eo quod voluntas agat materiale achonis et in formali deficiat, non vero ex eo quod agat materiale simul et formale. immo malitia movalis non oritur ex eo quod voluntas agat materiale, quia materiale peccati bonum est, sed oritur dumtaxat ex eo quod deficiat in formali: unde causa malitiæ movalis est omnino deficiens non vero efficiens
instabis illud est positivum quod habet effectum positivum atqui malitia habet effectum positivum v.g. damnationem æternam
Dist maj, illud est positivum, quod tanquam causa producens habet effectum positivum conc maj. quod tanquam occasio habet effectum positivum N. maj atqui &c distincta minore ad sensum majo N. conseam
Itaque malitia movalis est tantum occasio damnationis æternæ, non vero causa physica propriæ dicta, et vere producens, ipse enim Deus est qui damnatos pœnis addicit æternis.
instabis si res ita se haberet, reprobi propter peccatum damnarentur, atqui id dici non potest Ergo &c
Dist maj reprobi damnarentur propter peccatum quod est privatio rectitudinis debitæ conc maj. propter peccatum simpliciter N. maj atqui &c distincta pariter minore ad sensum majo. N. conseam.
Itaque reprobi non damnantur propter peccatum simpliciter, sed propter peccatum quod est privatio

rectitudinis debitae, cum enim dicitur sit, Declina a malo et fac bonum reprobi damnantur non modo quia malum faciunt, sed etiam quia bonum omittunt in utroque autem privantur rectitudine debita

**objicies 4.°** Contraria sunt ambo positiva atqui bonum et malum sunt duo contraria, etiam ex usu Aristotelis, Ergo sicut bonitas est quid positivum ita et malitia

**N. MIN.** Erral enim ex loci Aristotelis si quidem ea contraria dici non debent, quorum unum habet formam et alterum ut privatio formae, atqui bonitas est forma malitia vero est privatio formae Ergo etc.

**Potest** aliter responderi distinguendo, bonum et malum sunt duo contraria grammatice conc. philosophice nego hoc sensu potest intelligi et explicavi Aristotelis

**objicies 5.°** Quod opponitur praecepto negativo est positivum, atqui malitia peccati, saltem commissionis, opponitur praecepto negativo Vg. malitia furti opponitur huic praecepto non furabis sicut homicidii malitia opponitur isti non occides

**Dist. maj** Quod formaliter et directe opponitur praecepto negativo illud est positivum conc. maj quod indirecte tantum opponitur n. maj. atqui &c. distincta minore ad sensum maj nego. cons eam

**Itaque** malitia peccati commissionis indirecte tantum opponitur praecepto negativo, quatenus

scilicet adjuncta est actui, qui formaliter et directe
opponitur præcepto Divino Vtq. malitia quæ reperitur
in furto opponitur, opponitur huic præcepto Non
furaberis, ratione actûs qui solus formaliter ei
opponitur ut pote qui solus præcepto exprimatur
instabis malitia prohibetur præcepto negativo Ergo
ei formaliter opponitur

N. antecs si quidem nulla sit mentio malitiæ
in isto præcepto, ita prohibetur tantum actio non
quidem præcise propter se, alioquin ~~actio~~ brutæ
animantes forent etiam malitiæ morali capaces
cum in illis deprehendantur actiones nostris actioni
bus peccaminosis si physice spectentur similes, sed
actio prohibetur tantum ob adjunctam malitiam
moralem, id est, absentiam rectitudinis debitæ cujus
homo est capax.

**objicies 6.°** si malitia furti esset
absentia seu negatio rectitudinis debitæ foret negatio
negationis. nam peccatum morale, quæ exprimitur
per præceptum non furandi est negatio furti atqui
malitia moralis foret negatio illius peccatum
Ergo &c

N. antecs ad cujus probationem N. maj rectitudo
enim quam imperat præceptum non furandi, non est
mera negatio furti, sed positiva et laudabilis affectio
voluntatis furtum aversantis, cujus perfectionis pri-
vatio, est furti malitia. Enim vero, si peccatum
morale quæ respondet præcepto non furandi nihil
aliud foret quam negatio furti; brutæ animan-
dum non furantur, forent capaces rectitudinis mora

moralis: atqui illud absurdum est ergo &c.

**objicies 7.** Si malitia moralis est absentia seu privatio rectitudinis debitæ debet assignari subjectum illius privationis atqui hoc subjectum assignari non potest.

**N. mino** et dico in peccatis commissionis subjectum illius privationis esse tum voluntatem male affectam cum ipsam actionem, quæ privatur rectitudine debita in peccato vero commissionis subjectum malitiæ moralis est sola voluntas non autem actio quæ nulla est, nam malitia peccati commissionis consistit in privatione actionis quæ exerceri deberet.

**objicies 8.** Si malitia moralis consisteret in privatione rectitudinis debitæ omnia peccata alicui vitio opposita forent æqualia, nam quacumque privantur aliqua forma æqualitas ipsa privantur si privatio præcise et secundum se spectetur qualemcumque scilicet est absentia formæ concedi, si privatio spectetur ratione subjecti quod hac privatione fit magis vel minus idoneum ad recipiendam formam N. Maj atqui &c.

**Itaque** inæqualitas peccatorum quæ alicui vitio ubique opponuntur repetitur ex eo quod voluntas quæ est primum subjectum malitiæ moralis in quibusdam peccatis magis aversetur a rectitudine morali, in aliis vero minus sic avaritia censetur majus peccatum quam prodigalitas

quia voluntas prodigat actiones libovalitati quam
auara

**objicies 9.°** si malitia mouatis sor el meva
absentia rectitudinis debitæ peccatum commissionis
non differret a peccato omissionis quia utrumque
esset absentia rectitudinis debitæ alqui id dici non
potest

**Dist maj** peccatum commissionis non differret a
peccato omissionis si nihil esset in peccato commissi
onis quod non reperiretur in peccato commissio
ne maj si aliquid sit in peccato commissionis
quod non reperiretur in peccato omissionis N. maj
sed quæ peccatum commissionis et peccatum
omissionis possunt spectari relative ad seinuicem
uel relative ad actum bonum si spectentur rela
tiue ad actum ponunt durata cal dissoentiam
quæ sit meva rectitudinis priuatio al vero si
spectentur relative ad seinuicem inter se differ
runt si quidem peccatum omissionis dicat sanctum
priuationem perfectionis in voluntate non autem
in actione quæ nulla erit peccatum commissionis
non modo dicat priuationem rectitudinis debitæ
in voluntate sed etiam in actione ipsius facultatis
hæc autem actione peccatum commissionis differt
a peccato omissionis o

**objicies 10.** malitia mouatis non potest
dici priuatio rectitudinis debitæ. nam priuatio est
absentia formæ in subjecto apto ad eam recipien
dam alqui sunt quidam actus qui nullam possunt

recipere rectitudinem v.g. actus odii dei aut
Idololatriæ ergo malitia non debet dici privatio
sed mera negatio aut saltem aliquid positivum
N. antecedens ad cujus probationem Respondeo
1°. licet forent quidam actus qui non possent recipere rectitudinem attamen malitia moralis semper
dici posset privatio rectitudinis debitæ non quidem
in ipso actu sed in ipsa voluntate quæ semper
capax est recipiendæ illius rectitudinis
Respondeo 2° distinguendo minorem sunt quidam actus qui si spectentur specifice non possunt
recipere rectitudinem concedo minorem si generice spectentur nego minorem ergo &c
Itaque odium dei si specifice aut formaliter
consideretur ut odium Dei non est capax rectitudinis
sed si consideretur generatim pro ut odium et actus
voluntatis capax est rectitudinis et sub eo respectu
ille actus potest dici privatus rectitudine debita.
Quæritur unde repetatur bonitas et malitia
actuum humanorum? quod ut intelligatur
Observa 1° tria circa actus humanos esse
distinguenda scilicet objectum finem et circumstantias.
Objectum est id circa quod occupatur actio
moralis talis est. abiicere pauperi in eleemosina
largitio pecuniæ.
Finis actus humani duplex scilicet finis operis
et internus, ad quem refertur actio ex naturâ sua
v.g. sublevatio pauperis est finis internus eleemosinæ.

circumstantiæ actuum humanorum sunt accidentia quæ actionem concomitantur hæc omnia exprimi solent hoc versiculo
Quis? quid? ubi? quibus auxiliis? cur? quomodo? quando?
Obserua 2.° finem externum influere præsertim in bonitatem aut malitiam actuum humanorum hinc potest esse illud
Quod aiunt homines, intento fine iudicat omnes
Id est etiam si in actibus humanis cætera omnia fuerint bona, si finis externus seu intentio agentis mala erit, actio statim censebitur mala. Hinc Augustinus. Non faciunt bonos aut malos mores, nisi boni aut mali amores. Neque iustus est qui quid Aristoteles qui iusta agit, sed qui iuste; neque fortis qui fortia, sed qui fortiter agit.
Obserua 3.° Circumstantiæ aliæ sunt pertinentes seu morales, quia aliquid conferunt ad bonitatem aut malitiam moralem, ut cum quis furatus in loco sacro. aliæ sunt circumstantiæ, quæ dicuntur impertinentes seu physicæ quia nihil faciunt ad malitiam moralem, ut cum quis furatus manu dextrâ potius quam sinistrâ his præmissis
Respondeo bonitas et malitia actuum humanorum debent repeti ex obiecto fine et circumstantiis dicitur si aliquid eorum sit malum actio mala ex dictis unde illud bonum in moralibus bonum ex integrâ causâ malum vero ex minimo defectu V.G Eleemosyna facta propter vanam gloriam, mala est ob malum finem, colloquium in sacris ædibus malum est propter circumstantiam loci

Et certe Circumstantiæ ita influunt in malitiam actuum humanorum, ut nonnunquam immutent speciem peccati, furavi enim rem sacram aut etiam rem profanam in loco sacro non solum est furtum sed sacrilegium ergo &c.

Dices dari potest actus malus, qui habeat bonum objectum V.G. odium Dei. pariter dari potest actus bonus qui habeat malum objectum ut odium peccati N. antecedens objectum enim odii Dei, non est Deus simpliciter, sed Deus odio habendus, porro Deus odio habendus, est objectum movaliter malum, pariter objectum odii privati, non est peccatum simpliciter sed peccatum odio habendum Jam vero peccatum odio habendum est objectum bonum movaliter Itaque Quando dicitur bonitatem et malitiam morale desumi ab objecto, id non intelligi debet de objecto materialiter et physice spectato sed de objecto formaliter et moraliter spectato sicut enim in physicis potentiæ habitus et actus specificantur ab objectis formaliter spectatis sic et in moralibus Ergo &c.

# Vtrum cuilibet actui humano conueniat Bonitas aut Malitia?

Quando quæritur utrum bonitas aut malitia conueniat necessario actui humano? idem

est ac si quevelitur utrum dari possint actus humani indifferentes in individuo, id est, qui neque sint boni neque mali moraliter

Itaque actus humanus potest spectari vel in specie vel in individuo

Actus humanus in specie est actus in se praecisè, spectatus ratione objecti et finis interni tantum

Actus humanus in individuo est actus non tantum in se sed etiam ratione finis externi et circumstantiarum consideratus his praemissis sit

## Conclusio I.a

Dantur actiones humanae indifferentes in specie

Probatur: nam actio indifferens in specie est ea quae in specie considerata neque bona est neque mala moraliter. atqui Dantur actiones humanae quae in specie considerate neque bonae sunt neque malae moraliter nam actiones in specie considerate sunt actiones considerate ratione objecti et finis interni tantum. atqui dantur actiones humanae quae si spectentur ratione objecti et finis inter-

intevni neque bonæ sunt neque malæ ~~non licito~~
~~non actiones in specie considerato~~ si quidem dantur
objecta quæ neque bona sunt neque mala v g
canere, legere, ambulare ædificare dantur cham
fines intevni qui sunt indifferentes in genere motuum
v g commoda habitatio respectu ædificationes auvium
delectatio respectu cantus ergo &c.

Quod spectat ad aliam quæstionem utrum dentur actus
humani indifferentes in individuo duplex est sententia

Prima est scholastarum qui negant dari actiones
humanas indifferentes in individuo nimirum asserunt
hominem aliquando agere posse sola honestate ductum
nec necesse esse ut omnes nostræ actiones ad Deum
referantur

Secunda est Cajetanistarum qui contendunt nullam
posse dari actionem indifferentem in individuo hominem
quæ debeve omnes suas actiones ad Deum referre sic
ut peccet statim atque non refert hanc sententiæ
subscribimus

## Conclusio 2ª.

**Nulla** dantur actiones humanæ indifferentes
in individuo

**Probatur** nam actio humana in individuo est
actio considerata ratione finis extevni atqui nulla
datur actio humana indifferens si consideretur
ratione finis extevni nam illa actio non est indiffe
rens quæ actio bona est vel mala atqui actio humo



S. HIERONYMVS.

*Si CRVCE conjecta nescit mollescere PECTVS*
*Mollire inuitum SAXEA PALMA potest*

P. Gattays à S.te François de Sales

SORBONNE

considerata valore finis extrinseci bona est vel mala
vel enim finis bonus est vel malus atqui si finis
bonus actio bona intelligitur sicut mala euadit ergo
&c. Et certe vel actio humana in individuo referitur ad
Deum tanquam finem ultimum vel ad creaturam atqui
si actio humana referitur ad Deum tanquam ad finem
ultimum et aliunde objectum et circumstantiæ non
sint malæ actio bona est si vero referitur ad creaturam
licet objectum et circumstantiæ bona supponantur actio euadit
malamam illa actio mala censeri debet quæ non est con-
formis rectæ rationi atqui actio humana quæ non
referitur ad Deum non est conformis rectæ rationi
quamvis habeat bonum objectum et bonas circum-
stantias si quidem vocabulum postulat ut omnes
nostræ actiones ad Deum referantur cum sit pri-
mum principium ex quo manant universa at-
que finis ultimus ad quem cuncta referri debent.

## Solvuntur Objectiones

**Objicies 1°** ex Sancto Hieronymo in
Epistola ad Sanctum augustinum bonum est con-
tinentia malum luxuria inter utrumque est indif-
ferens ambulare ergo dantur actiones humanæ
indifferentes

**Dist antec.** indifferens est ambulare in
specie conc antec in individuo N. antec. Ergo
&c Dist consequens dantur actiones indifferentes

in specie cone conveam in individuo N. conveam

Itaque ut diximus supra actus humanos spectari
possunt vel in specie vel in individuo

Spectatur in specie quando consideratur ratione
objecti et finis interni. Consideratur in individuo
quando spectatur ratione finis externi

Equidem ambulatio in specie est indifferens quia
habet objectum indifferens non per motum localem
et finem internum indifferentem scilicet delectationem
animae verum si spectantur in individuo
ratione finis externi quem sibi proponit homo
dum ambulationi indulget bona est vel mala
vel enim finis ultimus illius ambulantis est
deus vel creatura si Deus bona est deambulatio
si creatura mala est quia homo inter deambulandum
frueretur creaturis in quo consistit tota voluptas
humanae perversitas

instabis pergit sanctus Hieronymus sive
facevis sive non nec justitiam habebis nec injustitiam. unde istud confici potest argumentum
sanctus Hyeronimus agit de ejusmodi actionibus
pro ut fiunt aliqui quod sit est in individuo
ergo sanctus Hyeronymus admittit actiones indifferentes in individuo

Dist maj sanctus Hyeronymus de ejusmodi
actionibus agit pro ut sunt ab ipso spectantur tantum
ratione objecti, et finis interni cone maj
ratione finis externi N. Maj atqui &c.

Itaque in ejusmodi actionibus ex Sancto Hieronymo homo non habet justitiam aut injustitiam ex objecto ~~aut~~ et fine interno quia objectum et finis interni sunt quid indifferens sed justitiam aut injustitiam habet ex fine externo hoc sensu debet intelligi Sanctus Hyeronimus si enim foret intelligendus de ejusmodi actionibus spectatis quoad finem externum sequeretur in mente Hyeronymi illas actiones nunquam esse malas aut bonas quod falsum est nam ambulare propter malum finem est actio mala

instabis potest quis facere illas actiones propter finem duntaxat internum atqui ex concessis finis internus est indifferens Ergo &c

Dist maj potest quis exercere suas actiones propter finem internum duntaxat et hunc ille finis fuit externus respectu illius hominis, atque adeo malus conc maj et hunc ille finis non fuit externus respectu illius hominis atque adeo malus N. maj.

Itaque potest quis agere propter finem duntaxat internum sed tunc conquiescit in illo fine interno tanquam in fine ultimo et consequenter peccat, quia suam actionem ad Deum non refert et ad Finem creaturae

objicies 2.° nulla datur species quae non habeat individua atqui ex concessis dantur actiones indifferentes in specie Ergo ex concedendis debent etiam dari actiones indifferentes in individuo

Dist min dantur actiones indifferentes in specie

id est quæ per ordinem ad objectum sunt indifferentes
conc mino dantur species achonum quæ per ordinem
ad finem extremum sunt indifferentes N mino ergo —
& Distincto consequente ad sensum mino ssf N. consequam
Itaque dantur achones quæ per ordinem ad objec
tum nec bonæ nec malæ sunt moraliter ut mandu
care bibere canere sed nullæ dantur achones seu
species achonum quæ relatiue ad finem ultimum
nec bonæ sint nec malæ
Aliter distingui potest minor dantur achones
indifferentes in specie negatiue et permissiue
conc mino positiue N mino
Porro illa tantum competere debent in individuo
duo alicujus speciei quæ conueniunt huic speciei
positiue non autem negatiue et permissiue tan-
tum V G ex eo quod homo in specie sit positiue
rationalis omnia hominis individua sunt ratio na-
lia: at vero ex eo quod homo in specie neque sit
albus neque niger non sequitur hominem in indi-
viduo V G Petrum, neque esse album neque —
nigrum.

**objicies 3.°** nolitiones bonorum operum
sunt indifferentes quando non imperantur bona
illa opera V G. nolle orare non imperatæ
est quid indifferens quia illud non est malum cum
ad id non teneamur neque bonum ut patet —
Ergo dantur achones indifferentes in individuo

**N. antecs** non enim solum recta ratio postu
lat ut recte agamus sed etiam ut recte et honeste

nequi ecanus prouide que qui non vult exercere bonam actionem quæ non imperatur debet illam volitionem ad bonum finem referre

**Objicies 4°** potest suscipi deambulatio die lunæ propter sanitatem recuperandam atqui in illa hypotesi deambulatio erit indifferens etiam in individuo quia habebit objectum indifferens nempe motum localem, indifferentem circum sanitas scilicet quod fiat die lunæ et finem indifferentem scilicet sanitatem recuperandam si quidem verum non est consulere sanitati ergo &c

**R. Mino** nam in illa hypotesi ambulatio erit mala propter malum finem non quod verum sit consulere sanitati sed quia quisque tenetur cursum sanitatis ad Deum referre alioquin staret in creaturis et utendis fruaretur in quo sita est omnis perversitas humanæ voluntatis ex hac to Augustino si enim habet disputatus contra Julianum cum itaque facit homo aliquid ubi peccare non videtur si non propter hoc facit propter quod facere debet peccare committatur

**Instabis** potest quis supponi ludere quia id nulla lege vetatur atqui hoc posito illa actio nihil habet boni aut mali ergo &c.

**R. Maj** scilicet quod possit quis ludere præcise quia id non prohibetur tunc enim ageret sine ullo fine cum non prohibito non possit habere rationem finis sed tantum conditionis veniente

impedimentum agendi ortum ex prohibitione
povro nemo deliberate agens potest agere sine
fine cui de natura deliberate actionis sit ut
proficiscatur ex electione jam vero electio sit
semper propter aliquem finem.

**objicies 5.o** si nulli daventur actus
humani indifferentes in individuo maxime quia
homo tenetur referre ad Deum omnes suas actio
nes atqui homo ad id non tenetur ergo &c.

**N. mino** nam ille tenetur suas actiones ad
Deum referre qui illas non referendo violat
legem justitiæ et gratitudinis atqui homo legem
justitiæ et gratitudinis violat quando suas non
refert actiones ad Deum. lege enim justitiæ et
gratitudinis tenemur reddere uni cuique quod
suum est atqui omnes nostræ actiones Dei sunt
ut pote rerum omnium domini et largitoris om-
nium bonorum igitur quælibet sua quæ omnia deo
non referat accepta is violat legem justitiæ
et gratitudinis.

**instabis** homo non tenetur omnes suas actiones
ad Deum referre si nullum datur præceptum de refe-
rendis nostris actionibus ad Deum atqui nullum datur
ejusmodi præceptum ergo &c

**N. mino** Datur enim illud præceptum diligesdominum Deum tuum ex toto corde tuo ex tota
mente tua et ex totis viribus tuis atqui homo
non potest ita diligere Deum, nisi ad ipsum suas
omnes actiones referat nam qui suam actionem ad

SORBONNE

Deum non vesevy is sibi et qæve in creatura v
g in naturæ commodo vel in aliqua voluptate crea-
ta quam proinde amat propter se porro qui crea-
turam aliquam propter se amat is profecto non-
amat Deum ex toto corde suo ex tota animâ suâ at
ex totis viribus suis. ut enim qæ modo homo dili
gat Deum debet aut solum Deum diligere, aut si
aliquid præter Deum diligit, illud debet amare
propter Deum et consequenter illius amoveri ad
Deum vesevve Ergo datur præceptum quo homo tene
tur omnes suas actiones ad Deum vesevve
Instabis præcepta affirmativa non semper obli
gant atqui præceptum de diligendo Deo est affirma
tivum Ergo illo præcepto non tenemur omnes omni
no nostras actiones ad Deum vesevve
Dist maj præcepta affirmativa non semper
obligant absolute conc maj Hypothetice N. maj
Itaque præceptum affirmativum de colendis
parentibus non semper obligat absolute sed
semper obligat ex hypothesi quod ves nobis sit
cum parentibus tale est illud Apostoli præceptum
{ sive bibitis sive manducatis, sive quid aliud
facitis omnia in gloriam Dei facite } hoc præcepto
homo non tenetur semper bibere et manducare
sed ex hypothesi quod bibat et manducet debet
bibere et manducare propter gloriam Dei. hoc
sensu intelligendum est præceptum de vesevven
dis omnibus nostris actionibus ad Deum

Boq
instabis pvacepta diuina omnibus doctoribus
non tenent alqui omnibus doctoribus non in noteset
non teneri omnes nostras actiones ad Deum referre
quia id a pluribus negatur Ergo &c
Dist maj pvacepta diuina non tenent omni
bus doctoribus quo ad substantiam conc maj quo
ad modum explicandi N. maj alqui &c distincto
pariter minore N. Conseam
Itaque pvacepta diuina non tenent omnibus
doctoribus quo ad substantiam sed quandoque
disputant de modo explicandi illa pvacepta V
G. norunt omnes doctores uluvam esse quo sibi
tam sed inter eos non conuenit utrum Hoc et
nunc et in Hoc particulari facto sit usura
pariter nullus est doctor qui ignoret istud
pvaceptum diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo verum de illius explicatione dis
putant inter se doctores
instabis si homines tenerentur omnes suas
actiones ad Deum referre sape peccarent alqui
id dici non potest Ergo
Data maiore N. minore et conseam pessima
enim est Hoc de motibus pudicandi ratio ut
asseramus hominem non teneri actiones suas ad
Deum referre quia Hinc sequeretur illum sape
peccare scilicet minimum esse non debet si homo
adeo fragilis et infirmus frequentissime labatur
et peccet, cum Psalter Regius fateatur suas
iniquitates multiplicatas esse super capillos

capitis sui.

**Objicies 6.o** ex scripturâ sacrâ suave est jugum Christi atqui si homo teneretur omnes suas actiones ad Deum referre jam suave non foret jugum Christi

Primo N. mino nam omnes suas actiones ad Deum referre et amare Deum ex toto corde suo et tendere ad illum tanquam ad finem nostrum ultimum atqui grave et durum esse non debet homini cumulato omnibus a deo beneficiis Deum amare ex toto corde suo et ad illum tendere tanquam ad finem ultimum

Secundo Dist. mino jugum Christi non foret suave si homo teneretur omnes suas actiones ad Deum referre explicite et actualiter conc. mino implicite et virtualiter N. mino ergo dco distinguo consequente ad sensum mino N. consequens

Itaque homo non tenetur actualiter et explicite omnes suas actiones ad Deum referre id enim non patitur infirmitas humana sed sufficit si istud praestet implicite et virtualiter nimirum si initio dei sui et quoquo per diem actus suos Deo voveat et consecret atque saltem gravia onera negotia non suscipiat nisi ea ad Deum relata sint nec ab eo proposito per peccatum mortale recedat ergo posito praecepto de referendis omnibus nostris actionibus ad Deum jugum Christi semper remanet suave et jucundum

**Objicies 7.o** sunt quidem actiones quæ nec debent nec possunt ad Deum referri quales sunt vilissimæ actiones hominis Ergo &c

**Dist anteen** sunt quædam actiones quæ nec debent nec possunt ad Deum referri immediate conc anteen mediate N. anteen Ergo &c

**Staque** actiones nostræ etiam vilissimæ possunt ad Deum referri saltem mediate quatenus referimus ad meliorem corporis dispositionem qua deinde utamur sine ad cultum divinum sine ad ea præstanda officia quæ a nobis exigit Deus

**Objicies 8.o** Si homo teneretur omnes suas actiones ad Deum referre omnia opera infidelium forent peccata atqui id dici non debet; durior enim foret hæc sententia

**Dist maj** omnia infidelium opera quæ ad Deum non referuntur, sunt peccata conc maj secùs N. maj atqui &c distincta minore ad sensum maj. N. conc eam

**Staque** opera infidelium quæ ad Deum referuntur non sunt peccata quæ vero non referuntur peccata censeri debent

**Instabis** Ex concessis omnia opera quæ ad Deum non referuntur sunt peccata: atqui nulla opera infidelium referuntur ad Deum nec unquam relata fuerunt Ergo &c

**Respondeo 1.o** ad minorem utrum gentiles retulerint aliquas e suis actionibus ad Deum

nec nec, non philosophorum sed Theologorum est expendere; haec enim quaestio juris est Theologiae non philosophiae

Respondeo 1° N. mino male enim dicuntur Gentiles nullas ad Deum actiones retulisse si illas potuerunt referre alqui ex Apostolo id potuerunt sic enim legitur ad Romanos Capite 1° Versu vigesimo agens de Gentilibus ita ut sint inexcusabiles quia cum cognovissent non sicut Deum glorificauerunt &c si ex Apostolo inexcusabiles sunt gentiles quod Deum non glorificauerunt ergo potuerunt illum glorificare et consequenter suas actiones ad Deum referre

Enim-vero quamvis propter peccatum primi parentis homines nascantur filii irae cum caecitate mentis et durities cordis attamen omnia hominis dona naturalia non perierunt scilicet intellectus aevum naturale potest ad hoc cognoscere et reuera cognoscit; quid ni etiam voluntas potest bonum morale exercere et reipsa exercebit non quidem meritorium vitae aeternae ut diximus alibi sed quod non sit meritorium poenae aeternae hinc non desunt exempla hominum infidelium qui bonas exercuerunt actiones et idcirco laudantur a scriptura sacra actorum Capite 10° Versu 1° haec leguntur Vir autem quidam erat in Caesarea nomine Cornelius Centurio Cohortis quae dicitur Italica religiosus ac timens Deum cum omni

dono sua facient eleemosinas multas plebi
et deprecans deum semper et infra Versu 4°
angelus ipsum alloquens sic Gabel Cornelii eleemo
sinæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu
Dei. pariter Exodi Capite 1° Versu 20 Laudan
tur obstetrices Hebreorum quod extinxerint Dei
servaverint filios Hebreorum. Josue Capite 6°
Capta et destructa urbe Jericho Rahab servatus
et laudatur quod apud se occultaverit explo
ratores a Josue missos Jericho

Observa tamen nos ubi non asseveret illos
infideles in ejusmodi actionibus destitutos fuisse
omni auxilio gratiæ etiam actualis, Deus enim
ipsis inspiravit bonam hanc voluntatem unde
pro secta sunt laudabilia hæc opera +

instabis illi non possunt suas actiones ad
Deum referre qui Deum non cognoscunt atqui
gentiles non cognoscunt Deum

Dist maj illi non possunt suas actiones referre
ad Deum qui Deum non cognoscunt neque explici
te neque implicite etiam in pervectis Conc maj
explicite tantum N. maj et

Itaque duplex datur cognitio Dei cognitio
scilicet implicita et explicita

Cognitio Dei explicita est ea qua Deus cogno
scitur ut primum ens primum agens finis et
origo omnis boni auctor et conservator rerum
omnium, ad quem denique omnia tendere debent

cognitio Dei implicita imperfecta est naturalis quædam cognitio primi alicujus entis ordinis honestatis et justitiæ moralis quæ quidem cognitio est quæ Dei participatio et irradiatio quæ omnibus mest hominibus Juxta illud Psalmistæ Signatum est super nos lumen vultus tui Domine Itaque qui non cognoscit Deum neque explicite neque implicite etiam imperfecte is non potest suas actiones ad Deum referre sed qui Deum cognoscit implicite licet imperfecte potest eas saltem referre implicite quod sufficit ut actiones sint moraliter bonæ porro tales sunt Gentiles quamvis enim non cognoscant Deum explicite saltamen illum cognoscunt saltem implicite imperfecte, alioquin Apostolus non diceret, loquens de Gentilibus, eos ut sint inexcusabiles, quia cum Deum cognovissent non sicut Deum glorificauerunt, igitur Gentiles cognouerunt Deum saltem implicite imperfecte tanquam per irradiationem quamdam a Deo profectam unde sonetius Thomas sic loquitur Licet lex æterna nobis sit incognita secundum quod est in mente diuina innotescit tamen aliquatenus vel per rationem naturalem quæ ab ea derivatur ut propria ejus imago vel per aliquam revelationem superadditam Considerenda sunt quæ diximus quando agebatur de virtutibus quæ in statu imperfecto admitti

absolute possunt in quibusdam Gentilibus

# De Variis Speciebus Actuum Humanorum

Actus humani generatim duplices vel saepe
jam dictum est, distinguuntur genericè nempe elicti
et imperati

actus elicti sunt ii qui immediate proficiscuntur
et pendent ab ipsa voluntate quales est amor et
odium

actus imperati ii vocantur qui immediate oriuntur
ab aliis facultatibus quae ex imperio voluntatis agere
solent talis est motus linguae manuum, pedum, &c.

actus elicti soli vocantur humani proprie quia
soli per se et intrinsecè sunt liberi imperati
vero appellantur humani extrinsecè tantum et
per accidens quia extrinsecè dumtaxat sunt
liberi quatenus nempe fiant ex imperio volun
tatis liberae

actus imperati vel sunt interni vel externi

Interni procedunt a facultate interna et sunt
vel cognoscitivi vel appetitivi cognoscitivi dicuntur
ii qui pertinent ad intellectum et imaginationem
appetitivi sunt ii qui pertinent ad appetitum sensi
tivum

actus imperati externi sunt ii qui ex imperio voluntatis procedunt a facultate sita in organis exterius qualis est motus oculorum pedum &c

Quatenus actus intellectûs procedunt ex libero voluntatis imperio possunt appellari actus humani sive sint perceptiones sive judicia sive discursus

Jam vero actus intellectûs vel circa finem versantur, vel circa media intellectûs versatus circa finem illum repræsentando voluntati bonum et conveniens; at vero circa media versatus deliberando et consultando utrum media sint apta ad finem consequendum nec ne? consultatio non spectat finem ultimum sed illum supponit nam versatus circa ea quæ sunt in nostra potestate, fit propter electionem, electio autem non spectat finem sed media quæ sunt in nostra potestate

actus Elicit voluntatis vel spectant finem vel media.

Tres sunt actus voluntatis circa finem scilicet amor intentio et fruitio; circa media sunt etiam tres actus voluntatis scilicet Electio consensus et Usus.

amor est actus quo voluntas sibi complacet in aliquo objecto quatenus repræsentatus conveniens ita ut voluntas nondum determinetur ad inquirenda media.

**Intentio** est actus finis efficax quo voluntas determinatur ad inquirenda media

**Fruitio** est quies voluntatis in bono presenti et possesso, circa actus versatus circa finem in mediis qualenus sunt media voluntas non conquiescat sed per extendit ulterius ad propositum finem

**Electio** est actus voluntatis per quem ex pluribus mediis ab intellecta propositis uno relicto alterum assumit

**Consensus** est actus voluntatis quo voluntas unicum medium propositum ab intellectu tanquam simpliciter necessarium assumit ad finem consequendum Electio postulat plura media, consensus unicum requirit

**Usus** est actus est actus voluntatis quo semetipsam et exteras facultates applicat ad executionem mediorum, dicitur actio appellatur usus activus actio vero qua facultas aliqua ex imperio voluntatis applicatur ad executionem mediorum dicitur usus passivus

**Philosophi** morales non agunt actibus imaginationis; at vero plurimum disputant de actibus appetitus sentientis, qui ex illi actus magno sunt virtutibus et vitiis adjumento vocantur passiones quamobrem primo agemus de passionibus in genere 2° de specie

# De Passionibus Sacratim

**Passio** est motus vegetem appetitus sentientis circa bonum vel malum sensibile

**Vocatur passio** non quod sit mera passio sed quia semper, conjunctus cum aliqua corporis passione sic passiones semper mutant naturalem corporis dispositionem et statum V. G. cor Gaudio dilatatur, vultus contrahitur, metu vultus pallescit et totum corpus contremiscit

**Finis** passionum est conservatio animalis et speciei nam passiones a naturâ concessa sunt ad bona sensibilia prosequenda, et mala fugienda, quapropter si passiones quando quem ipsum animal intrinsecum in id sibi per accidens et contra naturæ intentionem.

**Causa** efficiens passionum est primo imaginatio quæ repræsentat bonum aut malum sensibile cujus impressione excitantur passiones. secundo appetitus sentiens qui per se et proxime producit illos motus. tertio ad id etiam plurimum conferunt alimenta, atque etiam natura avis quem ducimus, hæc enim pro varietate diversitatem temperamentorum, hinc fit ut una quæque gens sit proclivior ad certas quasdam passiones.

**Experientia** constat temperamentum esse causam saltem remotam passionum qui enim V. G. calidiores et siccioris sunt temperamenti, pronti reperiuntur ad iram et audaciam, qui temperamenti frigidi, pronti sunt ad timorem, tristitiam et desperationem

312

qui habent sanguinem modevale calidum, pyroni sunt ad amorem, gaudium, et desiderium, ratio generalis cujusce rei est, quod passiones imprimant quosdam corporis motus; motus autem corporis pendent præsertim ex temperamento

Hic duo quæri solent primo an passiones sint bonæ aut malæ moraliter, an indifferentes 2° quotuplex sit passio?

Stoici existimabant passiones esse malas. Peripatetici autem negabant, sed illi philosophi videntur disputasse de solo nomine nam Peripatetici fatebantur passiones immodevatas esse malas Stoici vero asseverant nisi
multam esse veram passionem immodevatam quapropter quando Stoici dixerunt Hominem sapientem debere esse immunem ab omnibus passionibus intelligi debent de immodevatis non vero de modevatis; immunitas enim ab omni passione etiam modevatâ est insensibilitas quæ etiam apud Stoicos deterior est ipsis passionibus immodevatis

# Conclusio

**Passiones** secundum se spectatæ nec malæ nec bonæ sunt moraliter.

Probatur illud enim de se et ex natura sua nec bonum est nec malum moraliter quod est indifferens ad bonitatem et ad malitiam moralem aliqui tales sunt passiones secundum se spectatæ quod enim est bonum moraliter, quando eo ultimo ad bonum virtutem
et quod malum est moraliter quando eo ultimo

ad vitium illud est deses et ex natura sua indifferens
ad bonitatem et malitiam moralem, atqui tales sunt
passiones: nam bonæ sunt moraliter, quando illis utimur
ad bonum et virtutem, sic bona est ira quando inservit
fortitudini et pietati, malæ autem sunt passiones quan
do illis utimur ad malum et vitium sic mala est ira
quando inservit vindictæ et impietati, ergo passiones
sunt bonæ aut malæ moraliter, ex usu, proinde
quæ sunt indifferentes

## Solvuntur Objectiones

Objicies I° Passiones sunt morbi ani
mæ ergo malæ censeri debent moraliter

Dist antecens passiones immoderatæ sunt
morbi animæ conc antecens moderatæ N. antecens

Sicut quemadmodum humores intemperati
sunt morbus corporis, temperati vero sanita
tem constituunt, ita passiones immoderatæ sunt
morbus animæ moderatæ vero inserviunt
virtuti

Aliter responderi potest N. antecens scili
cet quod passiones sunt morbi animæ si quidem
passiones sunt imperfectiones ut dolor et
vitia sed non sunt morbi animæ nam
morbus animæ est vitium ~~est vitium~~ imperfec
tiones autem non sunt vitia enimvero imperfec

dicitur quatenus non perficit, non vero quatenus lædit et vitiat

Itaque consentaneum et rectæ rationi dicimus non impressionibus tunc sui, tum alicujus corporum affici, ut vel impellatur ad agendum vel ab agendo avocetur, unde in eo quidem est argumentum naturæ imperfectæ quod possit pati impressiones ab externis corporibus, sed in eo non est animæ morbus moralis, cum nulla sit turpitudo, nulla inhonestas moralis in passionibus moderatis, ergo dolor, visha &c sunt quidem imperfectiones naturales sed non sunt malæ moralitet

**objicies** illud censeri debet malum cui vir probus debet resistere tanquam incitamento peccati atqui &c ergo

**Distinguo** vir probus debet obsistere passionibus immoderatis concedo moderatis nego.

Itaque passiones duntaxat duplicis generis moderatæ et immoderatæ

moderatæ sunt illæ quæ versantur circa bonum et malum sensibile ut decet

immoderatæ sunt illæ quæ versantur circa bonum et malum ea ratione quæ non decet

Equidem illud malum cui tanquam incitamento peccati vir probus tenetur obsistere; sed tales non sunt passiones moderatæ igitur solis passionibus effrenatis et immoderatis ergo vel virum probum resistere quia sunt a peccato et ad peccatum inclinant

instabis passiones moderatæ sunt effectus concupiscentiæ atqui concupiscentiæ effectus sunt mali

movaliter

Dist maj passiones modevalæ sunt affectus concupiscentiæ sumptæ pro appetitu ordinato boni sensibilis conc. maj pro appetitu inordinato boni sensibilis 2-maj atqui de Distructa pavitet minor 2ª consequens itaque concupiscentia sumi pot

Itaque concupiscentia sumi potest duobus modis primo pro appetitu sensitivo qui est facultas nata obedire rationi concupiscentia hoc modo sumpta fuit in Adamo innocente et in ipso Christo 2º concupiscentia sumitur pro appetitu inordinato boni sensibilis qui non est consentaneus rectæ rationi sed ipsi maxime adversatur hoc sensu sumitur in scriptura sacra quando dicitur fomes peccati lex membrorum repugnans legi mentis

Equidem passiones modevalæ et naturales sunt effectus concupiscentiæ priori sensu sumptæ id est quatenus nihil aliud significat quam facultatem appetitivam boni sensibilis: at vero passiones naturales non sunt effectus concupiscentiæ posteriori sensu sumptæ id est quatenus significat appetitum inordinatum boni sensibilis repugnantem legi mentis seu rectæ rationi, porro effectus concupiscentiæ posteriori modo acceptæ mali sunt movaliter non vero si priori sensu sumatur

instabis Occasio peccati in movalibus censetur mala atqui passiones quatenus sunt effectus concupiscentiæ priori sensu acceptæ sunt occasio

occasio peccati ergo &c

Dist maj occasio proxima peccati in movalibus consetur mala conc maj occasio remota et per accidens N. maj alqui &c distincte pariter min. N. concean

Itaque in movalibus duplex distinguit solet occasio peccati proxima scilicet et remota

Occasio proxima peccati est ea quae connexionem habet cum peccato ordinariam et frequentem

occasio remota peccati est ea quae non habet connexionem frequentem et ordinariam cum peccato sed vacuam duntaxat contingentem et per accidens

Equidem in movalibus mala est occasio proximia peccati quae scilicet necessitate quadam movalia et per se inducat in peccatum at vero mala non est movalibus occasio per accidens et remota peccati quae non inducit per se in peccatum nec habet probabilem connexionem cum peccato: porro tales sunt passiones naturales sunt quidem occasio remota peccati sed per se et rationes si non inducunt in peccato: proinde equo non debet dici movaliter malae aliquin virtus ipsa dici deberet mala movaliter si quidem aliquando est occasio remota peccati dum homo de sua virtute superbit

objicies 3° in statu innocentiae non erant passiones ergo passiones sunt malae movaliter

Dist antecs in statu innocentiæ non erant passiones omnes cone antecs nullæ erant passiones N. antecs ergo &c. N. consean

Itaque respectu status innocentiæ passiones duplici genere distinguendæ sunt, quædam scilicet quæ non decebant statum innocentiæ quædam vero quæ non dedecebant dignitatem ejus ce status V g. passiones quæ arguebant interfectionem oppositam perfectionibus status innocentiæ non convenientes quic statui; sic dolor non fuit in statu innocentiæ; non quod sanctas cum dolore ~~innocentiæ~~ nequeat; sed quia cum dolore stare non potest status innocentiæ, in quo Adam creditus fuisse immunis ab omni molestia et dolore sed fuerunt in statu innocentiæ aliæ passiones quæ scilicet non opponebantur perfectionibus illius status proinde non sequitur passiones esse movaliter malas.

objicies 4° illud est malum movaliter quod opponitur perfectæ tranquillitati: atqui passiones sunt ejusmodi Ergo &c

Dist maj quod opponitur perfectæ tranquillitati secundum quid et in genere humanæ tranquillitatis cone maj quod opponitur perfectæ tranquillitati simpliciter et in genere tranquillitatis divinæ aut angelicæ N. maj atqui &c Distincta minore ad sensum majo. N. consean

Itaque passiones opponuntur perfectæ tranquil

tranquillitati qualis est in deo et in angelis at vero non opponuntur tranquillitati qualis debet esse in homine dum sit in terris vivit enim vero habet passio ad tranquillitatem naturalem hominis sapientis sicut v.g. æstus maris ad tranquillitatem naturalem ipsius maris; potest mare dicitur perfecte tranquillum et pacatum licet solito æstu semper moueatur et impellatur ergo a pari homo potest frui tranquillitate et quiete licet in se experiantur passiones naturales ergo passiones secundum se non opponuntur tranquillitati vivi sapientis

# De Numero Passionum

## Platonis universim

unica est passio scilicet amor quia amor præbet originem omnibus nobis appetitus non modo sentientis sed etiam rationalis

Duplex distinguitur appetitus sentiens puta concupiscibilis et irascibilis

appetitus concupiscibilis est ille qui versatur circa bonum et malum sensibile absolute considerata tum id est nulla habita ratione difficultatis

appetitus irascibilis est ille qui versatur circa bonum et malum quatenus est arduum et difficile

Juxta sanctum Thomam sex sunt passiones in appetitu concupiscibili nempe amor et odium desiderium et fuga gaudium et tristitia in appetitu vero irascibili sunt quinque passiones, scilicet

spes et desperatio, audacia et timor atque ira quaeve sit.

# Conclusio

**In appetitu** tum concupiscibili tum irascibili admittendae sunt undecim passiones

**Probatur** nam obiectum appetitus considerari potest considerari triplici modo nimirum ut absque absens a praesenti et absenti, deinde ut absens denique ut praesens alqui primo si consideretur ut absque absens a praesenti et absenti excitat amorem si sit bonum excitat vero odium si sit malum secundo si consideretur ut absens excitat desiderium si sit bonum ~~est~~ excitat vero fugam si sit malum tertio si spectetur ut praesens excitat gaudium si sit bonum tristitiam vero si sit malum ergo in appetitu concupiscibili admittendae sunt sex passiones scilicet amor et odium desiderium et fuga, gaudium et tristitia

**Obiectum** vero appetitus irascibilis est bonum et malum quatenus est arduum est et difficile potest illud obiectum spectari potest duobus modis ut praesens et absens nam ut absque absens a praesenti et absenti nullam habet adiunctam difficultatem jam vero si spectetur bonum ut absens et arduum vel exhibetur possibile et spem excitat vel ut impossibile et excitat desperationem si autem spectetur malum ut absens et arduum tunc putatur vitabile et producit audaciam vel creditur inevitabile et parit timorem denique si spectetur ma-

malum ut praesens et audacem ita ut possit repelli
excitat iram ergo in appetitu irascibili admittendae
sunt quinque passiones puta spes et desperatio, au
dacia et timor atque ira quamobrem admittendae sunt
undecim omnino passiones, nimirum amor et odium desi
derium et fuga, gaudium et tristitia, spes et desperatio
audacia et timor atque ira.
Dices Duodecim admitti debent passiones si irascon-
traviam passionem habeat sicut caeterae passiones
atqui respuit se habet quia habet tolerantiam sibi
contrariam malum enim sensibile praesens potest
considerari sub duplici respectu vel ut superabile
quo sensu secundum omnes excitat iram vel ut
insuperabile sicut apparet periculum v.g. homini a
viuguti siccavis circumdato atqui hinc debet excitari
sexta passio in appetitu irascente quae poterit
vocari tolerantia
Nemo ad cujus probationem dico malum praesens
consideratum ut insuperabile quamquam sit maxi
me dolorificum non erit tamen audacem quia non
relinquet locum luctae ut patet exemplo unius ho
minis quem vigenti siccavii aggrediuntur unde malum
hoc modo speculatum est tantum objectum appetitus
concupiscibilis in quo excitat tristitiam
Omnes supra allatae passiones solent revocari
ad quatuor principales scilicet gaudium et tristitiam
spem et timorem immo ipso amore omnes passiones con
tineri videntur enim vero quaelibet passio vel nihil
aliud est quam ipse amor vel quaedam amoris deter
minatio

Datur inter passiones duplex præsertim ordo scilicet naturæ et dignitatis. ordo naturæ reperitur inter eas passiones quarum una est velut origo et principium aliarum sic amor et odium sunt passiones in naturâs privæs desiderio et fugæ. ordo dignitatis intervenit inter eas passiones quarum una magis perficit, quam altera sic gaudium præstat spei; spes enim tendit ad Gaudium et ad passionem magis perfectam.

# De Passionibus in specie

Hîc non habemus in animo expendere quo ratione passiones excitentur in nostro corpore. idenim non ad moralem, sed ad physicam pertinet igitur describemus duntaxat motus passionum relatos ad objecta unde passiones inter se facile possunt distingui

Sex sunt ex dictis passiones appetitus concupiscibilis, hæ enim bonum nempe amor desiderium et gaudium hæ vero circa malum scilicet odium fuga et tristitia

Vt amor ceteras omnes passiones excitat sic illas etiam reprimit, amor autem eo loci accipitur pro solo amore parte inferioris ipsius hominis quo sensu dest nitus inclinatio appetitus concupiscibilis in bonum sensibile absolute spectatum tanquam conueniens

Effectus amoris sunt cæcitas unitas extasis et imbecillitas

Primo cæcitas quia amor hominem excæcat et

ne scincevum de ve amata seval judicium enim vero
multi amant ves tuo pissimas quas pulcerrimas exis
timant
Secundo unidas quia qui se invicem amant unicam
quodam modo constituunt personam
tertio extasis quia qui amat extra se ipsum aliqua-
tenus exit atque affectu et cogitatione videtur in ob-
jectum amatum transvolasse
Quarto imbecillitas est effectus amoris, quia per
amoris vehementiam naturalis calor occupat cerebrum
et desert reliquas corporis partes unde oritur lan-
guor, deliquium et aliquando mentis insania
Plurima sunt naturalia inordinati amoris reme
dia primo mentem convertere ad defectus rei amatæ
secundo frequenter cogitare damna et incommoda quæ
ex inordinato amore sequi solent quæ certe multa
sunt et gravissima tertio denique otii fuga
Desiderium est motus appetitus sensitivi in bonum
sensibile absens. vocatur concupiscentia
Remedium præcipuum concupiscentiæ est statim
illam ab initio compescere quia ut ait Seneca faci-
lius est affectuum initia quam impetus regere
Gaudium est affectu appetitus concupiscibilis per
quam bono sensibili et præsenti adquiescimus et in eo
jucunde versamur
Dices contra illam definitionem, male gaudium
definitur affectu appetitus concupiscibilis per quam
præsenti bono adquiescimus si quando quæ in cogitatione
præteriti vel futuri boni delectamur atqui de

N. Maj nam illa delectatio Gabel pro objecto non
tam bonum futurum aut præteritum quam illius
cogitationem, præterea licet tale bonum non sit rea-
liter præsens attamen præsens est intentionaliter
ut aiunt, quatenus scilicet ab imaginatione exhibetur
tanquam præsens proindeque semper verum est, gau-
dium esse de bono præsenti

Effectus gaudii est dilatatio cordis unde nascitur
visus exultatio corporis interdum lacrymæ deliqui-
um atque etiam mors

Remedium perversi gaudii seu inordinatarum
delectationum est consideratio earum brevitatis in-
constantiæ et malorum effectuum subsequentium
quia scilicet ejusmodi gaudia nauseis, tristitiis, insom-
niis, et aliis id genus morbis plerumque excipiun-
tur juxta illud Sapientiæ extrema gaudii luctus
occupat

Odium est motus appetitus concupiscibilis quo
aversativo malum sensibile quatenus est malum

Remedia odii sunt avertere cogitationem ab
objecto quod illicite odio habetur, considerare tenui
tatem motivi propter quod sæpe odimus despicere
ad perfectiones illius rei quam odio prosequimur
denique meditari odium a Deo negementer prohiberi

Fuga est motus appetitus concupiscibilis quo aversa-
tivo malum sensibile ut absens

Tristitia passio appetitus concupiscibilis qua

malum praesens abhorret

Dolor et tristitia sic inter se differunt ut dolor dicatur acerbus, ille sensus quo afficimur ex quadam ingrata et acerba impressione V G percussione; tristitia vero proprie appellatur acerbus ille sensus qui in nobis oritur ex interiori quadam apprehensione et repraesentatione objecti displicentis V G. ex nuncio mortis amici &c

Effectus tristitiae sunt contractio cordis lacrymae frigidae, nam calidas elicit gaudium, ejulatus denique perturbatio omnium operationum.

Remedia tristitiae sunt consolatio et compassio amicorum. Considerato humanarum vicissitudinum collatio miseriarum nostrarum cum majoribus quibus omnibus maximo sunt adjumento si Deus juverit cogitatio nostrorum peccatorum, submissio divinae providentiae, spes mercedis ex illis malis si ea patienter tulerimus.

Hic sunt sex passiones quae pertinent ad appetitum concupiscibilem jam quinque subsequuntur quae reponuntur in appetitu irascibili scilicet spes desperatio, audacia timor et ira

Spes est motus appetitus irascibilis circa bonum arduum cognitum ut possibile.

Quatuor requiruntur conditiones ad objectum spei primo ut sit bonum, nulla enim datur spes mali sed tantum timor secundo ut objectum sit absens id est bonum possessum quod enim possidetur non speratur tertio ut sit arduum et obtentu difficile

quæ enim facilia spectantur quasi possita et consequenter non sperantur quarto requiritur ut objectum spei apprehendatur ut possibile aliquin non spem sed desperationem excitabit

Effectus spei sunt confidentia, audor, perseverantia voluptas et hilaritas

Remedia spei sunt cogitatio humanarum vicissitudinum progressus instabilitatis et defectuum objecti speratæ

Desperatio est passio appetitûs irascibilis orta ex apprehensione boni absentis quod ita videtur arduum et difficile ut credatur impossibile

Præcipuum desperationis remedium est animum erigere et illum firmare usque in finem.

Audacia est motus appetitus irascibilis advertens malum imminens repellendum cognitum ut vitabile

Timor est passio appetitûs irascibilis orta ex apprehensione mali imminentis adeo difficilis et ardui ut nequaquam evitari possit secundum æstimationem vivium.

Præcipua timoris remedia sunt conscientia bona et minuere opinionem mali futuri.

Timor et audacia in eo inter se distinguuntur quod timor difficultatem et periculum fugiat, audacia vero neglecto periculo et spretâ difficultate rem aggrediatur

Effectus timoris sunt contractio cordis revocatis spiritibus ad partes intimas, pallor, horror

Incubatio figurae exclusio vocis
ira ultima passio appetitus irascibilis a verbo
Ire autem habere dicitur quia qui irascitur extra
se ipsum quodammodo ire videtur unde qui
iram repuimunt ad se ipsos redire dicuntur
Ira definitur motus appetitus irascibilis quo
repellitur malum arduum praesens insurgendo ad
versus causam mali
Remedia irae sunt inquirere diligentius quid
sit factum aut dictum quod sibi ob oculos
tur pitudinem iracundiae et deponere persuasionem
injuriae illatae

# Appendix
# Brauca de tribus Ethicae
# Partibus

Diximus initio Huius tractatus Ethicam
dividi in monasticam oeconomicam et politicam
de tribus Ethicae partibus pauca superstant sic
tradenda

## De
## Monastica

Monastica tota occupatur dirigendis
actibus humanis pro ut privatus vitam degit
proindeque monastica praescribere varia vitae

vitæ officia quibus homo erga se ipsum tenetur; sed quia officia hominis privati definiri non possunt, nisi prius innotescat quid quisque nostrum debeat Deo, unde felicis officia nostra suam omnem æquitatem hauriunt et mutuantur 1° agemus de officio hominis erga Deum deinde de officio hominis erga se ipsum.

# De Officio hominis erga Deum

DEUS non videtur alia ratione creasse hominem ad sui ipsius imaginem et similitudinem quam ut homo possit intrevi in se velut in speculo corruscantem dei imaginem prendeque Creatorem suum quem ignorans non potest ita cognoscat et amet ut suo in illum obsequio et cultu ad ejus fruitionem quâ solâ beatus fieret perveniat Hinc Deus homini indidit animam immortalem intelligentiæ religionis et felicitatis æternæ capacem

Itaque nihil prius debet esse homini quo in terris conditio quam ut Deum cujus beneficio tam excellentem nobilemque naturæ sortitus est debito obsequio et cultu veneretur quod ut assequatur quædam sunt ipsi observanda quibus tanquam veluti gradibus ad Deum finem suum ultimum feliciter perveniat.

PRIMO persuasum esse debet omnibus hominibus Deum esse rerum omnium principium et finem, ejus potentiam et vim per omnes universi partes

manare et diffundi illius sapientia in rerum gubernatione ita suaviter simul et fortiter omnia disponi ut quae fiunt quam ordinatissime per ipsum et propter ipsum fiant. Denique nos in ipso vivere moveri et subsistere secundum illud scripturae in ipso vivimus movemur et sumus ita ut Deus nunquam a nobis satis diligi possit quo circa nedum amore creaturarum torpeamus quin potius ad Deum omnia nostra opera excogitata nos offerre oportet

Secundo quoniam praefert figura huius mundi id unum necessarium habere debet scilicet omni studio et diligentia legem Dei exquirere, illam meditari, et adimplere, nec a divinis illius praeceptis quatenus in nobis est tantisper unquam recedere.

Tertio non tantum interior sed etiam exterior cultus est deo exhibendus scilicet voto et precibus una cum fidelium coetu imprimis autem efficiendum est ut haec laudum atque orationum sacrificia pure corde offerantur Nam quemadmodum oblatio iusti ex scriptura est odor suavitatis in conspectu Dei sic nihil proficit impius humiliando se quis enim exaudiet inquit scriptura orationem illius qui ieiunat in peccatis suis, et iterum sacrificia scilicet cultus nostri mensura Deus est, atque ut ipse est omnis sanctitatis et innocentiae fons perpetuus sic ut ipsi placeamus ad illius sanctitatem mores nostros et vitam instituere debemus: quod quidem praestat homo quando in id unum incum

incumbit ut sit Deo acceptus et omni culpa careat cum misericordiam divinam semper implorat nihil quae aliud precatur nisi suis peccatis veniam etiam si forte nihil sibi sit conscius

Quarto quod spectat ad Orationem quam quid piam a Deo postulamus videndum est quid et a quo petamus? non enim Deus ob res nihili implorandus sed sola divina aut ad aeternam vitam nos promoventia efflagitanda sunt. nihil igitur a deo praecipuum nos petere oportet, nisi ut nos meliores efficiat, animum nobis largiatur ad mandata divina exequenda, voluntatem que promptam ad bene faciendum, iis quibus cum vivimus, nihil autem melius bona mente quae cum suam ignorantiam corporisque infirmitatem apprime noverit nihil de se praesumit sed spem omnem in Deo constituens humili et ferventi devotione citra fastum ad Deum confugit

Quinto Beneficia Dei non ingrato animo sed summae illius in nos misericordiae memores excipere debemus sive non tantum corde sed et intimo affectu sed ore pariter et lingua laudes ipsius sunt celebrandae, idque sic animis nostris infixum esse debet ut singulis fere momentis summam Dei beneficentiam supremam que illius dominium agnoscere et venerari meminerimus, ea autem est perfectissima deo gratias agendi ratio si nos divinae ordinationi sive subjiciamus ut sive in prosperis sive in adversis aequum semper animum gerem

que sevuemus vanquillitatem non enim minus diligit deus quos adversis tentat quam quos cumulat bonis juxta illud scripturae Quem diligit deus corripit et quasi pater in filio complacet sibi

Sexto denique hoc est officiorum nostrorum erga Deum ut nihil nos a illius dilectione et mandatorum observatione dimoueat sed ad illum in quocumque statu tanquam ad communem omnium paventem vota nostra dirigamus spem que in eo omnem collocemus et hunc evitemus exemplo eorum in quorum persona loquitur Apostolus dum dicit Quis nos sepevabit a charitate christi, tribulatio an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius et persecutio?

# De Officio hominis erga se ipsum

## De Amore

Dei manat amor proximi nemo autem magis cuiquam quam sibi ipsi conjunctus est, quare unusquisque secundum Deum se diligere tenetur ita tamen ut vitam suam pro amore Dei, si opus fuerit profundere sit paratus; qui enim amat animam suam perdet eam et qui odit animam suam in hoc mundo in vitam aeternam custodiet eam, inquit scriptura.

Jam vero homo se diliget dilectione utili et honesta si abjecerit omnem abundantiam malitiae et se immaculatum ab hoc seculo custodierit, quare et

sui corporis et animi facultates omnes atque affectiones
summa cum attentione debet componere cum enim ne-
mo sine vitiis nascatur in iis si non penitus enellen-
dis saltem coercendis cum totum esse oportet

Primo necessariis non superfluis pascendum est
alimentis ne in labore defatiat aut inductorem suum
si liceat animum insolentius efferatus imprimis vino
pasce utendum nam proverbiorum no. luxuriosa ves
inum et tumultuosa ebrietas quicunque his delec-
tatur non erit sapiens itaque non quid suggerat gula
sed quid natura requirat attendendum est quod si pos
necessitati subvenire studuerimus modum non excedemus
unquam sed intra praestitutos fami et siti limites per
manebimus

Secundo nec molliter curandum est corpus nec
frangendum otio sed labore et exercitatione illius vires
sunt corroborandae et fovendae; nulla enim pestis fadior
est et perniciosior quam mollitia et desidia quae non
tantum corpus infirmat et corrumpit sed ipsam quoque
mentem veluti contagio pollicit et omni in vitio
vum genus praecipitat

Tertio singulis sensibus praesertim oculis et auribus
quaedam ponenda est custodia quae enim per oculos et
aures subeunt haec saepius altius in cerebro relin-
quunt et impressum vestigia quibus animi affectus
vehementer excitantur quos quidem affectus postea
non nisi summa cum difficultate possumus compes-
cere quapropter juvenibus haec praecipue incumbit
cura ut ab omnibus pravis consuetudinibus se teneant
tur et caveant cum enim in iis vigeant affectus et

el sanguis magis ebulliat ex visis et auditis vepente
inflammantur atque in vitia præcipites ruunt

Quarto cum opevam et studium impendeve quisque
teneatur ut vitiis omnibus quæcumque per sensus
irrueve possunt viam præcludat mentem præterea
virtutibus et disciplinis exornare debet ut his adjuta
et se et suum corpus quod ipsius regimini subjicitur
facilius queat regere et moderari valeat attamen
spectanda est cujus vis hominis conditio neque enim
eadem diuersos homines decent aliud enim est studi
um et officium mercatoris, aliud judicis, aliud agri
colæ, uel sabri aliud hominis privati aliud denique
publici in his autem omnibus sectanda est aurea
illa mediocritas quæ tanto peve commendatur sive
in judicio quod quisque de se ferat sive in mothus
et gestibus sive in vestitu et ornatu sive in mensa et
seruitiis; itaque nec splendidus nec sordidus viuendum
sed quisque natales, fortunam, et facultates suas
spectare debet ut in victu ædibus, supellectili et
externo cultu modus constituatur, denique
id semper sit nobis in animo suæ esse cuique vitæ
generi adjuncta commoda et incommoda: unde in qua
vocatione quisque vocatus est in ea permanere debet
quemadmodum monet Apostolus

Quinto si unquam aliis præsertim in eligendo
vitæ genere maxima opus est prudentia requiritur
ipsâ illud uitæ genus eligere quod nobis congruum sit operis
certe diuini, non humani esse uitetur difficultatem etiam

auget quod infirma adque ætate ille conditionis delectus sit habendus ineunte enim inquit Cicero adolescentia cum inest maxima imbecillitas concilii sum id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit quod maxime adamauit, itaque ante implicatus aliquo certo genere curriculique uiuendi quam potuit quid esset optimum judicare in eo cujus negotio exigere implorandum est cœleste auxilium ut quid Deo placeat et quid nobis conveniat exploratum habere possimus Deinde adhibendi sunt in concilium amici non quilibet sed ii quibus sunt melior sensus spectatus et longo rerum usu confirmata prudentia

# De Œconomicâ

Œconomica sic dicta fuit a vocibus græcis oikos Domus et nomos lex quia agit de constitutione et administratione rei domesticæ id est familiæ

Familia definitur societas plurium hominum in eodem ædificio uiuentium ad mutuum vitæ subsidium, si enim homo sibi non sufficiens aliorum indiget industria ad ea comparanda quæ natura ipsi denegauit et necessaria sunt ad vitam humanam instituendam et conseruandam hujus generis sunt V G victus vestitus et eruditio

Quod pertinet ad victum cum homo inter animalia acceperit corpus delicatissimæ constitutionis nempe ut esset hospitium mentis humanæ magis consentaneum nonnisi opus fuit ciborum præparatione ut

ut illud corpus alimento conservaretur quod quidem
ad nutriendas barbas minime necessarium videtur
talis porro alimentorum apparatus commode brevi
non potuit nisi pluribus in eadem domo commorantibus
Quod attinet ad vestitum quem vis Deus cæteris animantibus dedit qui tegerentur vel lanam ovibus
plumas avibus squammas piscibus similes
vestimentum denegavit homini concessis tantum rationem et manus ut sibi cogitaret et pararet inducias jam vero hæc vestimentorum præparatio
brevi non potuit nisi pluribus una commorantibus
Denique quod spectat ad habitationem et
ædificationem sic Deus cætera animantia docuit ut
nullo duce sibi consulant et suis provideant rebus
aranea nullo docente suam texit telam, avis suum
construit nidum, homo rationis et libertatis compos
præceptore indiget ut relicto falso et mendacio
bono, illud, quod revera bonum est, eligat. Hæc
autem brevi non potuerunt sine societate
Jam vero officia in familia adimplenda duplicis
sunt omnino generis scilicet vel conjugum inter
se, vel parentum et liberorum, vel dominorum
et servorum

## De
# Regulis Conjugii

**Prima** conjugii regula hæc est, conjugium genere humano non autem cuilibet homini

necessarium est quia quamvis conjugii beneficio
speciei humanæ conservetur et Ecclesiæ nascantur
filii attamen potest esse causa abstinendi a nupt.
tiis scilicet ut facilius vacari possimus iis quæ
Domini sunt Juxta illud apostoli qui sine uxore
est sollicitus est quæ Domini

Secunda conjugii regula est nimirum ætas
ad conjugium apta hæc ætas dicitur pubertas
quæ in fœmina incipit anno 12° in masculo
anno 14° nisi quid insolitum impediat attamen
solent improbari conjugia eorum qui statim a
pubertate matrimonium contrahunt quod hæc con-
jugia proli futuræ sæpius noceant

Tertia in delectu conjugii habenda est ratio 1°
bonorum animi nempe virtutis, probitatis, sapientiæ
et industriæ, deinde bonorum corporis nempe
sanitatis roboris pulchritudinis ac denique bono
rum externorum famæ conditionis nobilitatis

Quarta finis conjugii debet esse non solum
voluptatum moderata et generis humani propagatio
sedetiam mutuum vivi et uxoris in adversa fortu-
na subsidium hæc enim est a Deo concessa mari
et fœminæ indoles atque natura ut ad omnia
præstanda parem non habeant virtutem; ille
animo et viribus præstantior injurias propulsare
et labores ad victum necessarios sustinere
debet; hæc vero infirmior ad custodiam domus
et liberorum educationem aptior est.

Quinta vir non debet plures habere simul uxores quamuis enim haec consuetudo apud quosdam Ethnicos vigeat quamuis etiam in veteri testamento licitum fuerit nimirum ad propagationem famulorum dei attamen rationi magis congruum esse uidetur ut vir unus unam duntaxat habeat uxorem primo quia ab initio masculum et foeminam Adamum — scilicet et Euam creauit Deus et coniunxit secundo quia summa debet esse coniugum concordia et mutuus amor qui subsistere et permanere non potest si vir unus plures simul habeat uxores, hinc enim iurgia, simultates, inuidiae, et quaerelae frequentes nascuntur. tertio quia multitudo uxorum libidem hominis accendit et illius iudicium subvertit iuxta illud scripturae depravatum est cor Salomonis ob uxores alienigenas ut sequeretur deos alienos Quarto denique quia id vetatur lege euangelica, hinc apostolus unusquisque suam uxorem habeat et una quaeque suum habeat virum,

Sexta coniugium legitime celebratum quando coniuges viuunt indissolubile manet enim vero vel coniuges habent vel carent prole si primum tandiu tenentur coniugii vinculo, quandiu manet proles. si secundum fides coniugii nec ad certum tempus data indissolubilem vedit nexum neque enim immoderata habendae prolis cupiditas fidei coniugali est anteponenda hinc illud scripturae. Quod Deus ~~coniunxit~~ coniunxit homo non separet

Dices Gabetus in decretalibus Ecclesia facit divortia et apud Matthæum capite 19 quicumque dimiserit uxorem nisi ob fornicationem et aliam duxerit mœchatur Ergo matrimonium non est indissolubile

Respondeo 1° locum decretalium non esse intelligendum de vinculo conjugali quasi illud vinculum non esset indissolubile sed quia Ecclesia declarat vincula propter impedimenta ut Coquentur dirimentia nullum unquam fuisse vel quia Ecclesia justis de causis consuetudinem conjugem impedit secundo verba ex capite 19° Matthæi deprompta non probant fornicatione dissolui vinculum conjugale cum Christus addat qui dimittam duxerit mœchatur scilicet Christus ad hanc gravissimam quæstionem licet ne Gomi ni dimittere uxorem quacumque de causa? respondere volens ait, non propter aliam causam quam propter fornicationem dimitti posse uxorem quâ tamen dimissâ remanet vinculum conjugale.

Septima Regula utercumque conjux in dolem conjugis scrutetur et inquirat, ita ut si fuerit difficilis patienter foveat conjugem ad Virtutem tum suasione tum exemplo excitet conjugi quoquomodo laboranti semper et ubique subveniat propterea enim fuit institutum matrimonium

Octava denique Mariti est consilium uxoris semper audiat sed vana sequatur, præsertim si

Res sit magni momenti licet enim solertia in quibus quibusdam mulieribus vigeat in iis tamen vix occurrit rectum et sanum consilium cui nihil malitiæ mulieris sit admixtum. Mavitus secreta quæ nullius sunt momenti uxori communicet insignum suæ erga ipsam benevolentiam. Secus si magni sint ponderis nisi longo usu noverit uxorem suam esse prudentem quia in muliere quo est laudis et gloriæ plus quam dici potest avidæ, inerudibilis est audor communicandi arcani quod sibi commissum est.

# De Regulis Parcatum

Quædam sunt regulæ quas observare debent parentes erga suos liberos præcipues attingemus

Prima Regulas mutilum et depravatum fœtum interficere. Horenda enim est et inhumanis Aristotelis opinio qui censuit fœtus distortos et mutilos ubi primum in lucem prodiêre e medio esse tollendos quasi parentibus et Reipublicæ esse onerosos licet amputare et exurere stupes atque cætos cum numero sunt plures abjicere, attamen nefas et crimen est hominem trucidare quovis. Solus Deus est absolutus dominus

Secunda matres ipsæ quantum brevi potest debent
proprio lacte liberos nutrire nec alienis uberibus
alendos amandare, secundum enim omnes naturæ leges
quæ est corpus alere cujus est gignere, deinde mater
debet infantem lactare ad conciliandum eum, quo
liberi suos parentes prosequi tenentur, amorem: Experientia enim constat nutrices negligentes adamari
ab infantibus, denique lacte alieno sæpe afferuntur ægritudines et optima infantis indoles
corrumpitur ut patet in iis qui fœmino lacte
nutriuntur

Tertia pueri a servorum consortio quantum brevi potest, auellantur; sicut enim figuras
quaslibet ceva admittit ita infans bonis et
malis moribus facile imbuitur a quibus
postea difficile recedit hinc illud Scripturæ
sacræ proverbiorum capite vigesimo secundo
versu 6°. adolescens juxta viam suam etiam
cum senuerit non recedet abea.

Hinc etiam illud Horatii

{Quo semel est imbuta recens servabit odorem
testa diu}

Quarta infans doceatur primo ea quæ ad naturam
et cultum dei pertinent secundo quæ spectant ad observationem et veneratione parentum atque eorum qui
parentum locum obtinent

Quinta mutetur puerorum pro diuersitate sexûs fortunæ et conditionis aliter enim filius aliter filia instrui debet, aliter nobiles aliter rustici, si uero pueris instituendis aliquem præfici oportuerit eligantur uiri pietate et doctrinâ præstantes qui uerbis et exemplo pueros sibi commissos ad uirtutem et pietatem excitent, filiis uiri, filiabus præponatur fœmina

Præceptor, seu pædagogus aduertat cum qui bus adolescens sibi commissus societatem ineat, videat ut victus sit temperatus gestus et uestitus moderatus aliquando ludis honestis relaxet animum, præterea in eo totus sit ut adolescentis ingenium et indolem pulchre callleat similiter mulier cui demandata est filia cura hanc doceat iuxta illud sancti Ambrosii non circumcursare per alienas ædes, non demorari in plateis, non in publico miscere sermones, sic enim illum amitteret qui in fœmineo sexu tam maxime laudabilis est pudorem sed imprimis eam nunquam patratus esse otiosam, memor illius sacri contextûs ubi laudatur fœmina quod quæ fecerit lanam et linum et operata fuerit consilio manuum suarum

# De Regulis dominorum Necessaria est dominorum et seruorum



Paris Chez Vallet Graveur du Roy rue S. Jacques au Buste de Loüis XIII.

S. AMBROSIVS MEDIOLANENSIS EPISCOPVS
Vocatione Aron, zelo Phinees, Moyses Lenitate,
Dei Vindex, Arx Ecclesiæ, Imperii Arbiter, Cœli Discipulus, Fidei Doctor, Doctorum Parens, Pœnitentiæ
Assertor, Pœnitentium Patronus

SORBONNE

Societas ut res familiaris rite administretur
nam in familia plurima occurunt officia quae
nec parentes nec liberos decent et quae proinde
servis exequenda relinquuntur
VERUM servus libris Modis dicatur scilicet
natura emptione et mercede
SERVUS Naturâ is est qui tam debili et obtuso
reperitur esse animo ut nec se nec alios regere
valeat attamen viribus corporis potens aptus
ad aliquid moliendum
SERVUS emptione is vocatur qui jus non habet
in suam libertatem tales fuerunt servi apud
Graecos
SERVUS mercede ille appellatur qui servata
libertate suam vendidit operam unde Mercenarius
vocatur tales sunt apud nos famuli qui nempe ad
unum aut plures annos conducuntur de ejus modi
servis Hic tantum agitur
PRIMA Regula in delectu servorum inspicienda
praesertim indoles Enim vero qui maxime sunt
animosi fere sunt gubernatu difficiles, qui valde
sunt ignavi nihil quidquam sustinere possunt
quare operae pretium est eos eligere qui nec elato
nec abjecto animo sint animo tum eorum institu-
oni diligenter invigilandum est, negligentes cum
lugendum quod plerique famulorum apud dominos
Christianos Gentiliter vivant, ignavi primorum

religionis christianæ elimentorum cujus quidem negligentiæ gravissimas panas daturi sunt dominii undæ apostolus, qui familiæ suæ et maximæ domesticorum curam non habet fidem negavit, et infideli est deterior.

secunda ut imperium domini in servos non sit nimis austerum juxta illud apostoli et domini bona facite illis scilicet servis remittentes minas, scientes quia et eorum et vester dominus est in cœlis, et personarum acceptio non est apud Deum neque etiam debet esse nimis benignum imperium domini alioquin superbus fierel et insolens ob nimia domini facilitate abuteretur juxta illud proverbiorum capite 29° versu 21° qui delicate a puericia nutrit servum suum postea sentiet eum contumacem prudentis ergo domini est cognita servi cujus libet indole cum hoc durius cum illo mitius agere ita tamen ut semper adsit gravitas nec ullum unquam cum servis jocum habeat

tertia secreta temere non debent committi servis, monet enim sapiens, cum amico tuo causam tractes et secretum externo nec reveles, servus autem est externus

# De Politicâ

Politica dicitur a nomine græco πολις civitas quod tota sit in præscribendis regulis quæ

pertinent ad regimen Ciuitatis et reipublicæ tres
Tres distinguí debent Reipublicæ gerendæ rationes simpliciores ad quas regimen omnes reuocatur
Primum dicitur Monarchia quando scilicet suprema potestas ad unum duntaxat delata est et hunc qui præest appellatur Monarcha, rex, imperator
Secunda dicitur Aristocratia siue Optimatum quando nimirum Ciuitas administratur a paucis his quæ virtute et dignitate spectatis viris, qui Reipublicæ magis quam suo commodo consulunt
Tertia appellatur Democratia seu Plebeia auctoritas, nempe quando Ciuitas administratur a consilio quodam in quo quilibet e populo jus habet suffragii
Quæritur quænam ex his optima sit vel imperii forma
Respondeo omnibus Reginiinis formis anteponendam esse monarchiam siue pacis et concordiæ populorum siue gubernandi ratio spectatur si quidem ubi unicus est rerum dominus et arbiter ibi nullus fere locus dissidiis et factionibus omnes in officio continentur ab uno cui cum eadem sit voluntas non multiplex ut tum accidit cum plures eidem administrationi præficiuntur æquali et eodem semper tenore cuncta geruntur et administrantur quemadmodum universus orbis ab omnipotente Deo semper constanti modo mouetur ac regitur.

Quæritur 2° utrum status sit rem publicam
a optimo rege administravi quam optimis con
nexi legibus
Respondeo affirmative nam lex quamvis
bona supponatur mutat et inanimata genera
tim dumtaxat imperat honesta et prohibet contra
ria in dubiis et difficilioribus interrogavi non
potest exemplo non præit nec exhortationibus
atque consiliis adjuvat contra vero optimus prin
ceps ut potè et justus et prudens non genera
tim tantum sed habita ratione temporis, loci cate
rorumque adjunctorum honesta præcipit et con
traria prohibet, denique subditi quæ plus credunt
oculis quam auribus quando videt principem quem
naturaliter diligunt et venerantur non solum ver
bis sed etiam facto ad virtutem proire negemen
tius imitantur juxta illud

{Regis ad exemplum totus componitur orbis}

Quæritur 3° utrum vivo potius quam fœmineo
conveniat imperium
Respondeo affirmative quia in vivo principe
major reperitur prudentia qua optimum de rebus
agendis capiat consilium, major constantia qua
illud consilium exequatur, major denique fortitudo
qua hostibus, tum civilibus, tum externis terrorem
injicere his que valeat resistere mulieri~~bus~~ vero
sæpe prudentiæ in suscipiendis consiliis, constantiæ
et fortitudini in exequendis cavent.

Dices multæ fœminæ feliciter regna et provincias administravunt, Ergo &c.

Respondeo non nullas fœminas imperasse sed si forte quandoque contigit ut imperium muliebri non fuerit infaustum id potius acceptum referri debet virorum consiliis quam muliebrium sapientiæ et fortitudini, quamquam enim ad leviora negotia sufficiant quandoque tamen succumbunt.

Quæritur utrum imperium Hæreditarium præstet Electivo

Respondeo ita esse quia in electione Regis pluves oriuntur simultates, inimicitiæ, seditiones, et bella civilia quæ nonnullum contigit nostris temporibus in Polonia Secundo in Gubernatione imperii Hæreditarii sic se gerit princeps ut pater familias in administratione Hæreditatis propriæ solet et administrat regnum ut bonum majorum suorum transmittendum Nepotibus certo denique cum jure natalitii Successor regnum inibit perseverare debet in iis qui de Regno bene meriti sunt spes mercedis et in his qui male timor pœnæ quæ omnia Reipublicæ maximas afferunt utilitates Ergo regnum Hæreditarium præstat Electivo

Dices plurima incommoda sequuntur monarchiam Hæreditariam Ergo non est præstantior

Respondeo non nulla quidem incommoda ex Regno Hæreditario consequi sed multo tamen pauciora quam ex Electivo Enimvero nulla est

regiminis speciem stram optima quæ cum huic commodis et utilitatibus multa non habeat admixta incommoda sed ut diximus multo plura reperiuntur utilitates et pauciora incommoda in regno hæreditario quam electivo

JAM VERO cum princeps omnia Reipublicæ munia per se obire non possit Ministros et consiliarios habeat necesse est plus enim vident oculi quam oculus

QUÆRITUR quænam esse debet ministrorum et consiliariorum dotes

RESPONDEO I° Consiliarius sit legum et Statutorum tam peritus ut ex lege et facto quid ad rei publicæ salutem agendum et actandum sit inferre valeat secundo sit fidus et secreti tenax atque imitetur eos de quibus loquitur Valerius Maximus his verbis fidum erat et altum rei publicæ decus silenti salubritate munitum et vallatum . . ita que non dicam unum sed neminem audebat credere quod tam multorum auribus committum fuerat tertio consiliarius sit verax non adulator semper salutaria suggerat sive in bello sive in pace nec considerare debet quid magis arrideat sed quid magis expediat vel principi vel populo atque suum teneatur impleve officium ut semper Dei honori, principis gloriæ, patriæ splendori, et populorum saluti consulat

Quæritur an liceat bellum inter Christianos gerere.

Respondeo bellum posse licite geri inter Christianos primo pro patriæ et religionis defensione 2° pro asserendâ publicâ libertate 3° pro tuendâ principis regiâ dignitate quæ omnia pro bant justam gerendi belli materiam

Et certe si bellum foret per se malum professio militaris esset etiam mala at qui militaris professio non est per se mala nec absolute contraria sanctitati religionis Christianæ ut patet ex responso Joannis baptistæ qui consultus a militibus quid essent facturi non ipsos a conditione sua et vita genere deterruit sed dumtaxat Christianos est ut stipendiis suis essent contenti Quæ est quod in executibus Romanorum imperatorum reperti sint plures milites sanctitate conspicui qui pro Christi fide sanguinem suum fuderunt

Dices bellum vulgo numeratur inter flagella dei et bellatores solent perpetrare multa mala Ergo bellum non est licitum

N. Consequam licet enim bellum sit genus flagelli seu instrumentum quo deus ultor ad puniendos homines potest tamen fieri ut illud instrumentum sit bonum quamquam multa a bellatoribus perpetrantur scelera Enim vero mercatores, Judices immo sacerdotes multa quotidie

crimina admittunt attamen mala non est mercatura bona est judicis et sacerdotis professio
instabis Matthæi capite 26° Versu 52° omnes
{qui acceperint gladium gladio peribunt ergo}
bellum damnatur inter Christianos
N. consequam Ille enim ad sensum scripturæ
accepit gladium ex sancto Augustino libro
22° contra faustum capite 7° qui nulla superiori a legitima potestate jubente in sanguinem
alterius armatur: id autem dici non potest de
republica et lege qui superiorem et legitimam
habent potestatem.
Quæritur denique utrum bellum possit esse
justum in utraque parte
Respondeo Bellum ex utraque parte posse
videri justum intima scilicet animi persuasione
et rationibus in supremo reipublicæ consilio ponderatis, quod sufficiat ad bellum juste gerendum nam
in ejusmodi occasionibus sola ratione et conscientia
dicuntur homines ad agendum itaque si intimâ
animi conscientiâ persuasum habent se rationi
et justitiæ nihil contrarium agere in suadendo —
bello possunt in bellum consentire id autem ex
utraque parte nihil vetat accidere etiam inter
principes Christianos
Verum in bello gerendo id meminerint principes pacem debere semper esse cujuscunque belli

finem, pax enim expedit non solum victis sed etiam victoribus 1° victis quia praestat aliqua honesta conditione bellum pace finire quam post multa certamina de Regno in servitutem cadere 2° Victoribus etiam expedit pax praeter quam quod enim incerti sunt exitus avmorum principi qui victoriam pugnae in manibus habens pacem facere non recusat, ostendit se ejuste bellum suscepisse et recte finire

Haec sunt quae habuimus dicenda genevatim de actibus humanis quae omnia Vtinam dicta sit ad majorem Dei gloriam et honorem

# Tertiae partis
# et totius Ethicae
# FINIS

SORBONNE BU

# Index Titulorum


| Titulus | Pagina |
|---|---|
| Quid sit Ethica | 4 |
| An sit Ethica | 13 |
| Cur sit Ethica | 15 |
| Qualis sit Ethica | 20 |
| Quotuplex sit Ethica | 22 |


## In primia parte Ethicæ


| | |
|---|---|
| De principijs externis actuum humanorum | 31 |
| De principio finali actuum humanorum | 32 |
| Quid sit Bonum | ibidem |
| an sit Bonum | 48 |
| Cur sit Bonum | 49 |
| Quotuplex sit Bonum | 60 |
| Quid sit finis | 67 |
| Quotuplex sit finis | 69 |
| Quid sit Beatitudo | 73 |
| De Beatitudine objectiva | 79 |
| De Beatitudine formali | 92 |
| De principio divigente actuum humanorum. seu de legibus | 105 |

# Index


| Titulus | Pagina |
|---|---|
| De natura legis | ibidem |
| De proprietatibus legis | 108 |
| De variis legis speciebus | 110 |
| De Lege Aeterna | ibidem |
| De Lege Naturali | 112 |
| De Lege positiua | 119 |
| De Lege positiua diuina | ibidem |
| De Lege positiua humana | 124 |


## In secunda partes Secundae


| | |
|---|---|
| De principiis intrinsecis actuum humanorum | 127 |
| De principiis congenitis actuum humanorum | ibidem |
| De Voluntate quatenus est voluntas | 132 |
| De ignorantia | 139 |
| De Metu | 145 |
| De Concupiscentia | 152 |
| De Libertate | 156 |
| De indifferentia | 165 |
| De subjecto Libertatis | 181 |
| Quotuplex Libertas | 195 |
| De principiis actuum humanorum intrinsecis et acquisitis | 200 |
| De Habitibus universim | ibidem |
| De Virtute morali in genere | 213 |

# Titulus Index Pagina

De subjecto virtutum moralium ..... 238
De Variis Virtutum speciebus ..... 253
De prudentiâ ..... 254
De Justitiâ ..... 255
De fortitudine ..... 267
De temperantiâ ..... 275

## In tertia parte Ethicæ

De proprietatibus actuum humanorum ..... 279
De proprietatibus actuum humanorum ..... ibidem
Quid sit Bonitas et malitia actuum humanorum ..... 280
Unum cui libet actui humano Oriundum
Bonitas aut Malitia ..... 292
De variis speciebus actuum humanorum ..... 308
De passionibus generatim ..... 311
De Numero passionum Universim ..... 318
De passionibus in specie ..... 320

## In Appendice De tribus Ethicæ partibus

De Monastica ..... 326
De officio hominis erga Deum ..... 327
De Officio hominis erga seipsum ..... 330

# Index


| Titulus, | Pagina |
|---|---|
| De Oeconomicâ | 333 |
| De Regulis Conjugii | 334 |
| De Regulis Parentum | 338 |
| De Regulis Dominorum | 340 |
| De Politicâ | 342 |


Deus

dedit huic quoque

FINEM

acheté à Bordeaux, le 26 janvier – Mardi 1892.

Hain de G....



